



~~2-53-7589~~

~~20.a. 2. 7.~~

Biblioteca Universitar	
GRANADA	
Sala	Caja 2
Estante	
Tabla	
Número	3

Caja  
C-6

R. 36953



~~2  
7347  
33~~

~~caja  
(Cornwall - 1)~~

003

Del Colegio de la Compania de I<sup>ss</sup> de Granada 19-

11846215

*M. B.*

*Augustinus*

# INDEX. I. II. ET III. LIBRI DE PRINCIPALIBUS CIVITATIBUS TOTIVS ORBIS

<b>A</b>	
Accusianorum Colonia.	300
Adena. is. Aden.	114
Aenania. is. etia sive spite cusa.	338
Aetnaeide Caetera.	386
Agmianus Lacus.	390
Albosta dium	361
Albuena fons.	330
Africa s.v. Ap'do disium	262
Agmianus Lacus	390
Alexandria.	260
Algeria	266
Albuana fons.	330
Albonia.	313
Albama.	151
Amstel redanum	51
Anna stanum opp.	373
Antrum c. Saronum.	390
Antrum sylvia Cumana.	390
Anxur s.v. terracina.	334
Ancona	100
Anverpia	45
Anfa	121
Andera s.v. s. for. tander.	263
Antequera.	153
Asir s.v. Angis.	21
Argentoratim Consule Aevacum s.v. Arn Semium	314
Argentina	74
Armenia	73
Aquisgranum	35
Atrebatum	324
Avenis	332
Augusto durum.	202
Wernus Lacus	394
Avignon	171
Atricum	
Augusta	86
Arelia	185
Arx S. die Larroca del mar y rrs num vide terracina s.v. Anxur	334

<b>B</b>	
Alamurum	121
Badema.	219
Badacum vide. Saltz burgus	373
Biana ficaria vide Tritu	
Li Balneum.	333
Barcino	113
Batae.	350
Basilea	227
Baianum castrum	333
Basiana L. Luculij villa	333
Balneum Trituli vide Trituli	
Balneum in ind.	0
Bavli Hercules templum vide in ind. Herculis. Bal. & f.	333
Bello montium.	332
Berga ad Tomam	309
Berstem.	13
Bituriges	165
Bilbao	161
Blam mont	179
Blois	173
Bonna	213
Boio do vide Patavia	371
Bomfari, vide Trisania	357
Bisfolia	286
Bielum	201
Brema.	57
Bri ver savias. v. Broeruvias	3
Briula	213
Burgz	43
Bruxella.	39
Bruns vicum.	57
Buda.	90
Burdegala.	29
Burgi.	23
Bus Cumaducis	47
Bur burgum.	193

<b>C</b>	
Cabaliorum Collomia vid.	
grania nopolis	300
Calavis.	180
Calcaria.	117
Camman m., vide subolij	349
Camerecae Centum	333
Caetera vide molam	336
Campidonia.	15
Campena	347
Canevarum insula vide Suvo	
La.	349
Cano nor. 116	116
Canta brigia	147
Candia	254
Calecut	116
Cairus.	117
Cardo montium.	332
Carnutum vide Cartres	293
Caronae sc Sobes	390
Cartres	393
Castelladunum.	293
Circes mons	332
Cimacum	334
Cisterna ad 100 Camerehas	333
Cisterna L. Luculij vide L.	
Luculij in ind. & f.	333
Civi s.v. clivia	215
Colmaria	219
Colonia Agripina	34
Colonia Accuccianorum vi de Gratianopolis	300
Confluentia.	30
Comil.	157
Constantina	229
Constantinopolis	110
Corfu	254
Caeter vide Syn. Baian. in ind. & f.	333

Crucigladatorum quando ex orta societate & quando du ravenit vide Rigam in ind. & f.	365
Cypra vide tituli Balneus in ind. & f.	338
Cypra traeanaria vide des Cypriorem montis Micem in ind. & f.	333
Cumana Civis Annum	390
Cupra vid. claretum. in ind. te & f.	379
Campam foetis delitiae	333
Cusco	123
Cestria	232
Casale	13
Casula.	61
Caravalla vide tibur	330

<b>D</b>	
Damas cus	253
Dantis cum vide gdanum	239
Daventia	345
Del psyum	333
Div.	121
Dor dracum	195
Dor dracum	336
Drepanum.	104
Druides vide Cartres	293
Dessa.	64
Duacum.	320
Duin Rex ga sive Duin Kerc Ka	193
Duis burgum	215

<b>E</b>	
Eciza.	21
Edemburgum	290
EBous Tacum vide Salbesta gium	361

Egra	66
Embena	211
Embrica	219
Enckusa	340
Erdeordia seve erdeordi	60
Escuuega	357
Essendia	359

**E**

Samagusta	103
flaviobriga. vilvao	161
florentia	96
franco furtum sive franc	
fortum admoenum	78
franco furtum ad oderam	
fouum vulcani	392
franciscia	351
franco Burgum	359
ficarona Baiana. vide Bal	
neum Trituli in indice & f	383
fibergum Misena.	279
fiburgum	73
fisiinga	88
fris Lania.	357
fulda	60
fumarole Agnano.	390

**G**

Gades	15
gaita vide Mola.	336
gamanduum, vide Saltz	
burgum	373
Gandavum.	41
ganum sive gedanum.	239
Gauus	338
Gelasia	314
Genoa.	96
Genapium	219
Golfo de napoles. vide Synus	
baranum. in indice	
Gouicum	53
Gorlitium.	237
Gotsa	60

Gouda.	342
Graciano polis.	300
Granta	19
Grave Linga	193
Gradna	243
Grominga.	209
Grotta, tracsanaria, Consulz	
des cuptiones momtis miz	
sem in indice.	338
Grotta deli cam.	390
Grotta dela Sybila	390
Guminga sive grominga	53
Guleta Aars	264

**H**

Hamburga.	59
Haga Comit' vide delphius	
in indice & f	333
Hala sueviz	22
halber stadium	361
Hannonia.	322
Halemum.	199
Heidel berga	76
Herculea vede tibur	388
Herculis Pauli templus	388
Herbipolis.	82
Hycio solijma . 113.	256
Hispalis	19
Hutum sive Hum.	183
Hupra	191

**I**

Iena.	60
Iero solijma	112
in aume vide, iscla.	388
Infernium mare vide terre	
num in indi	
ingolstadtium	38
innarime insula	338
insula flandiz	38
in vtrum vide Sand's furtum	369
Iovis anticum templum	388
isclia vide iscla	338
Iulium opus vide Sinum Lu	
cinum in indice & f	388

Iuvavia vide Saltz burgum 373  
 iupiter Anxur videterracina 334

**L**

Lacus Agmian9	390
Lamdiestum.	3328
Lands furtum	369
Lavreatum,	379
Leida	197
Leodrum	33
Leubardum	351
Lindia	70
Liburnum vide tirrenumna	
rein indice	388
Lipsia	64
Lile vide in sula	313
Londinum.	11
Los dunum vide dephjum	
in indice & f	333
Lovanium.	47
Lovanium	303
Loxa.	159
Lubeca	59
Luceina	72
Luce burgum	313
Lucing Syny	388
Lugdunum.	81
S. Lucullij vila Vaiana	333
Luneburgum	57
Lutetia Parisiorum	25
Limburgum.	181

**M**

maclima	305
macslima	47
magdeburgum	68
malca	15
malatestaum familia vi	
de pisauum in indice & f	3073
Mantua.	248
mart purgum	61
marie burgum	334

mare mouuum	388
masilea.	161
mediolanum.	92
messana	106
merbis	163
mexico	123
midel burgum	203
misena.	233
mira bilis picina vide. f. la	
Lucullus in indice	
misens mons	388
modona.	252
moguncia	82
mola.	386
mombasa	114
monacum	88
monasterium	55
moscovia.	241
mons circeus.	382
mons pesulanus.	27
mons novus.	388
mons regius	365
montes	328
montes	37
Malta fol. 109.	

**N**

Namurcum.	185
Namurcum	343
navalia vide suvolia	349
Neapolis	102
Nebusa	292
Nemausus.	29
nemetocena vide namur	
Cum	342
Nordelinga	88
Novimberga sive Nurm	
berga	70
Nouvicus	284
Notium mare vide tir	
tyrenum in indice & f	388
Novesium	213
Noviomagus	205
Novidunum	302



novio magus 213  
Novus mons 333

O

Oemphons 231  
Orosius vide velitre 332  
Olcemburgum 57  
Olysiyo 13  
Olivetum 379  
Orivetum 379  
Ormus 116  
Osemburgum 55  
Otinense adtraiectum ad mosam vide traiectum in indice & mola f° 336  
Oxonium vulgo oxemford 149

P

Palmarola insula vide velitre & in indice f° 332  
Panfomy 104  
Pandataria vide Palmarola  
in indice & f° 332  
Parma 104  
pariens 252  
Paterno nopolis vide madurum 68  
Patavia 371  
Praga 66  
Penon de veleb 262  
Percia vide salsa burgum 373  
Pisipopolis 374  
Pictavia sive Pictavis 27  
Picina mirabilis vide Lucus in indice  
Picina mirabilis 333  
Pisaurum 377  
Pitsecusa vide iscla 333  
Polisstephanum vide Tibur 330  
Pontia vide velitre 332  
Pontina vide velitre 332  
Pratense Balneum 3333  
Proscita insula 333  
Puteolus & Baia 250

Q

Que de Limburga 361  
Quiloa 114

R

Ranis pona 33  
Rodus 103  
Rya 365  
Roma 93  
Roma 245  
Romanum oppidum sive Romans 300  
Roseto ebium 62  
Rotemburgum 30  
Rotterdamum 342  
Rotomagus 29  
Rotomagus 296  
Rubiacum sive Rufacum 219  
Rubeclara vide castellum dunum  
Ruemunda 314

S

Sala 119  
Saltzburgum 373  
Saltzburgum 70  
S. Georgij oppidum 229  
Sca psusa 73  
Scobes Caron 390  
S. Sebastiani oppidum 23  
Sedunum 32  
Sena 104  
Septa 119  
Septemillium 292  
Sibemicum 282  
Syllis cumanis Antium 390  
Slusa 322  
Solotorum 73  
Sontina sive Bons. 213  
Spira 76  
spiraculum mortificum 390  
Stander 163  
Straubinga 33  
Sudarium s. Germani 390  
Sulfororia vide forum vulcam 392

Surtia 72  
Susatum 357  
Subola 349  
Sylvania 72  
Syny Baiang 333  
Synus Lucinus vide Succinus  
Syny & f° 333  
Syny Puteo Lang 333

T

Templum Bauli Herculis vide Herculis Bauli temin  
indice & f° 333  
torrauna sive Anxur 334  
tong 307  
tseutomicorum ordo quando in Sibomiam venit & cu cigla diatonie ordinis absorbit vide Nagam in indice f° 365  
Thuromici ordinis & Nigentium bella Consule Nigabini  
indice & f° 365  
treme Amian 390  
tziguum 70  
tziguum 367  
tingis 119  
tiboli videtur 330  
toletum 17  
tracanaia cupra vide mons  
Tmicens & des cuprionezilli  
in indice & f° 333  
traiectum ad mosam 133  
traiecti nomina duo oppida sive traiectum 49  
traiectum ad mosam 311  
trescum mare vide terre  
annum in indice  
treveis 30  
tridentum 334  
tripergulana Balnea 333  
tituli Balneum 333  
vide in indice tituli Balne  
tugium 72  
tunes 262  
tunes alia 264

turo 27  
ty buis videtur 330  
ty Bur sive tributum 330  
tinenum mare vide in indice f° 333  
tassim 119


V

Valencene 330  
valisolerum vide Pinea 17  
Vegel 155  
Veleb malaga 155  
Veltre 332  
venetia 94  
Venonum 314  
Verona 376  
Vesontio sive Vedanum 177  
via Appia vide terracina 34  
Vienna 90  
vilna 395  
Vindesoum castrum 149  
Vlma 70  
Vrsela 72  
Vrsina 72  
Vvalouert sive Valencia 334  
Vuarburgum 353  
Vulvomatia 76  
Vvei maria 60  
Verdena 359  
Vvesalia 55  
Vvis maria 62  
Vviseburgum 219  
Vvitemberga 62  
Vulcam forum vide forum  
Vulcam in indice & f° 392

X

Xere de la frontera 157

بسم الله الرحمن الرحيم  
الحمد لله رب العالمين  
والصلاة والسلام على  
سيدنا محمد وآله الطيبين  
الطاهرين



RELIGIO

POLITIA.

CYBELE, SIVE VESTA.



DE PRAECIPV  
IS, TOTIVS V  
NIVERSI VR  
BIBVS, LIBER  
SECVNDVS.

PENATES.

LARES.

VRBIS CONDENDAE, SIVE COLONIAE DVCENDAE



# S. CAESARAE MAIESTATIS P R I V I L E G I V M.



**MAXIMILIANVS** Secundus, diuina fauente clementia, electus Romanorū Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boiemæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclauonia, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiria, Carinthiæ, Carniola & V. Virtenbergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Recognoscimus & notū facimus, tenore presentium, vniuersis. Rempublicam benè & rectè constitutam, nō tam armis, mœnibus, & propugnaculis, quàm litterarum studijs, & viris rebus agendis aptis & idoneis munitam esse decet. Animaduertentes autem ad conseruandas & propagandas bonas artes, ac seminarium quasi virtutis constituendum & retinendum, operas typographicas plurimū adiumenti conferre: Ideo non eos solum, qui Reipub. domi aut foris prodesse, vel hostium iniurijs propulsandis, vel pro Tribunali Ius, & iustitiam administrando, quietem & tranquillitatem publicam tueri solent, sed etiam in primis existimamus fouendos, qui rei litterariæ curam suscipientes, non de nostra solum ætate, sed de posteris etiam bene mereri nituntur.

Cum igitur nobis expositum sit, nostri & Sacri Imperij fideles dilectos, M. Georgium Bruin, M. Franciscū Hogenbergium, nec non M. Simonem vanden Noeuel, non sine multo laborum rædio, & graui sumptu, Ciuitates Orbis Terrarum, accuratissimè delineatas, ac alia, quæ ad earum originem & historiam spectarent, summa diligentia collegisse, atque constituisse illas Ciuitatum delineationes, cum historica enarratione, ad communè rei litterariæ vtilitatem in publicum edere, deterreri autem sinistris æmulum artibus, qui falcem in messem alienam iniicientes, ex aliorum laboribus, priuata commoda venari soleant, nobisque proinde humiliter supplicatum sit, vt pro nostra, in litterarum studia & Musarum alumnos, affectione, ipsis clementer subuenire, Cæsareaque auctoritate nostra, nimiam æmulum licentiam benigne coercere dignaremur. Quibus quidem precibus gratiosè admissis, presentium vigore, scienter, animoq; bene deliberato, & Cæsarea auctoritate nostra seriò decernimus & statuimus, quod nemo pictorum, cælatorum, typographorum, bibliopolarum, & aliorum, qui vendendis, vel imprimendis libris, seu quacunque alia ratione librariam negotiationem exercent, æmulisque opus illud imitaturis, pingendis, sculpendisque, aut alio quouis modo exornandis, atque illustrandis imaginibus & tabulis vsui vel auxilio esse possunt, memoratam M. Georgij Bruin, M. Francisci Hogenbergij, M. Simonis vanden Noeuel, Ciuitatum Orbis Terrarum descriptionem, delineationibus, & historica enarratione illustratam, intra decennium ab editionis absolutæ die numerandum, cōiunctim vel diuisim, ipsis inscijs aut inuitis, nec typis, nec sculptura, seu quocunque alio modo, aut caractere, æmulari, aut imitari, vel aliunde allatum, intra Sacri Romani Imperij fines vendere, ac distrahere publicè, vel occultè possit aut debeat. Si quis autem præsens edictū nostrum transgredi aut violare, memoratumque opus recudere, & in fraudem auctorum spargere conatus fuerit, eum non solum huiusmodi libris, tanquam commissis & prædictis M. Georgio Bruin, Francisco Hogenbergio ac Simoni vanden Noeuel, vel hæredibus, aut mandatū habentibus, auxilio Magistratus eius loci, vbi deprehensi fuerint, vendicandis priuari, sed insuper etiam pœna decem marcarum auri puri fisco nostro Imperiali, fraudis vindici, & parti læsæ ex æquo soluenda & numeranda mulctari volumus. Mandātes vniuersis & singulis nostris, & Sacri Romani Imperij subditis & fidelibus dilectis tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis extiterint, præsertim verò ijs, qui in Magistratu constituti sunt, ac vel suo, vel superiorum suorum loco & nomine, Iuris & Iustitiæ administrationem exercent, ne quemquam hoc Priuilegium, seu interdictum nostrum impunè violare, spernere aut negligere patiantur. Sed, si quos contumaces compererint, præscripta pœna plecti, & quibuscunque rectè fieri potest, modis coerceri curēt, quatenus & ipsi grauissimam indignationem nostram euitare voluerint. Id quod testamur presentibus litteris, manu propria subscriptis, & Cæsarei sigilli nostri impressione munitis. Datum in ciuitate nostra Vienna, die vigesima octaua mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo, Regnorum nostrorum, Romani, decimo, Hungarici, nono, Boiemici verò vigesimo quarto.

Maximilianus.

V. Io. Bap. VVeber, &c.

Ad mandatum Sac. Cæs.  
Maiestatis proprium

Obernburger.

## TENOR PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

**A**UCTORITATE Philippi, Hispaniarum Regis, cautum est, ne quis præter Francisci Hogenbergij voluntatem, hos, de præcipuis, totius Vniuersi, ciuitatibus libros, Auctore Georgio Bruin Agrippinate cōscriptos, coniunctim vel diuisim, sculptura, caractere, aut quocunque modo, intra decenniū imitetur, depingat, aut imprimat, vel alibi, quocunque modo excusos, aut depictos, in aliquo Brabantia, vel Transmontanarum ditionum loco, per se, vel per alios, clam vel apertè distrahat. Sub pœna, in diplomate contenta. Datum Bruxellæ, XXII. Nouemb. M. D. LXXIIII.

Ex consilio.

I. De VVitte.

IMPERATORI  
 CAESARI MAXIMI  
 LIANO II. P. F. AVGV-  
 STO, INVICTISSIMO,

ET REVEREN-  
 DISS. ILLVSTRISSIMIS  
 QVE SACRI ROM. IMPERII  
 SEPTEMVRIS PRINCIPIBVS ELECTO-  
 RIB. DANIELI MOGVNTINAE, IACOBO TREVI-  
 RENSIS, SALENTINO COLONIENSIS, ECCLESIAE AR-  
 CHIEPISCOPI: FRIDERICO COMITI RHENI PALA-  
 TINO: AVGVSTO SAXONIAE DVCI: IOANNI GEORG.  
 MARCHIONI BRANDEBVRGENSI: MAXIMI  
 LIANO BOHEMIAE REGI, CLEMENTIS.  
 SIMIS GRATIOSISSIMIS QVE  
 PRINCIPIBVS,

GEORGIVS  
 BRVIN, SIMON NOVEL-  
 LANVS, FRANCISCVS  
 HOGENBERGIVS DED.  
 CONSECRANTQ.

GEORGIUS BRVIN, AGRIP  
 PINAS, CANDIDO LECTORI  
 S. D.



**H**IBEMVS NVNC, Candide Lector, alterum de præcipuis totius vniuersi vrbibus, tomum, quem hoc potissimum nomine, tibi gratum fore, speramus, quia prioris omnia exemplaria distracta sint, atque diuendita. Quemadmodum igitur in priore, de ciuili societatis origine, de progressu & incremento vrbium, pauca quædam præmisimus: Ita in hoc secundo, antè, quàm ad ipsas vrbium, oppidorumq; descriptiones descendemus, pauca quædam, eadè de re, delibando, primam operis faciem, quæ inscriptionem cõtinet, pro ingenij nostri tenuitate explicabimus: ita tamen, vt cum Repub. vrbem commisceamus, & quidnam vrbem iam excitatam, atq; institutam multorù collectione ac legum vigore, Remp. potissimum

Vrbium op-  
 pidorum-  
 que condè-  
 dorù ratio

conseruet, & mutua amicitia ac confederationis vinculo, coniungat; tum, quidnam tranquillum Reipub. statum labefactare, atque conuellere, videatur. Illud itaq; nemini dubium esse potest, præcipuam voluntatem, primamq; rationem eorum, qui ciuilem societatem, & aliquam ciuitatis formam, instituerunt, eam fuisse, vt tutè degerent, & à vi hostium, ac ferarù bestiarum impetu munirentur. Initio etenim, cum Deus communem omnibus terram, & quicquid in ea gignitur, dedisset, quò communem degerent vitam, ne vlli deesset, quod omnibus nalcebatur; nullo tunc priuatarum rerum, aut sedium amore, homines capiebantur. Quippe, cù nemo fruges, vt sibi tantum natas, recluderet, nemo possessionibus incubaret absconditis, proindeq; nec avaritia, nec habendi cupiditas, intercipiens beneficia diuina, famem, sitimq; vulgò faceret, sed omnes æqualiter abundarent, nullusq; egenus inueniretur, aut miser; dissensiones & inimicitia hominibus essent incognita; nec vllus omninò gladium, qui nudarentur, aut armorum esset vsus; nec quisquam aut de tutela sui, cum nemo insidiaretur, aut de pernicie alterius, cum nemo quicquam concupisceret, cogitaret. Qui quidem pius, optimusq; aurei, iustique sæculi status fuit. Intercedente verò deinde sensim communitate viuendi, rei que priuatae succedente amore, inuenti sunt aliqui, qui sola suadente inuidia, humanitatis, liberalitatisque beneficia respicientes, nullos, ad proprii laboris communionem admitterent. Atq; dum hinc priuatae viuendi desiderium, videatur exortum, vir ac fœmina, domum, rudi materia, primùm cœperunt construere, quos, cum crescente deinde filiorum ac cognatorum numero, vna domus non facile caperet, alia priori adijceretur, & societatem ex pluribus tuguriolis constituere fuit necesse. Qui cum deinde aliquam, humanæ societatis vtilitatem, perciperet, multo que facilius societatem multorum, quàm paucos, sibi victum comparare, videret, familias familiis, domui domum adijcere, ea que ratione excitare pagos, & de communi societate viuendi, cogitare cœperunt. In qua, dum nihil commune omnibus, sed suis quisq; commoditatibus, rei que priuatae, atque domesticæ studeret, patrimonialia liberis ampla parare laborarent, vt perpetuò nihil ipsis, posterisq; deesse queat: Id, meum, & tuum, nasci, hoc est, dissidia & contentiones oriri cœperunt. Inuenti sunt aliqui, qui id, quod alij sibi, charisq; pignoribus collegerant, per vim nefarie auferrent, qui alienæ felicitati, possessionibus ac vitæ insidiarentur. Itaq; tutioris vitæ gratia, locis editis fossam ducere, & vallo circumdare nõ dubitarunt, in quibus præsidij causa, quadam coniunctione casarum indigerent. Castrum inde dici cœpit, locus nimirum, muro ac fossa circumdatus. Qui cum castellanorum numero aucto, domicilia, tecta q; omnibus subministrare non posset, commoda castrorum vtilitate commoti, eadem de causa, oppida condere cœperunt. Id, quod nomen appellatio aperte confirmat. Nam oppidum dici, Varro testis est, quod munitur opis causa; siue etiam ab opponendo, quia eius præsidio se incolæ hostibus opponant. Sic etiam Mœnia, quod

Pagus.

Castrum.

Oppidum.

*At nobis, quos in similes facis esse Deorum,  
 Ipsæ enim ceteris demone nomen eris.*

## A D L E C T O R E M.

nia, quòd oppidum, munitionem, aut castrum muniant, & Murus, à munitione. Quibus ex rebus constat, primam rationem eorum, qui oppidorum ac urbium institutionem inuenerunt, fuisse, vt tutè degerent, & à vi ac impetu munirentur. Tranquillitas nanque vitæ dux illis extitit, ad innumerabiles commoditates excogitandas. At verò, quia complures, tutioris vitæ amore, in eiusmodi multorum, vnà degentium, cœtum coirent, frequentiores plurium societates, à coeundo, Ciceroni, ciuitates sunt dictæ, quod amabili societatis vinculo, in vnum coeunt cœtum, qui maiorem oppido, multitudinem contineat. Peculiares verò in urbibus condendis, siue etiam colonijs deducendis ritus, numinumq; propitiationes veteres obseruauerunt. Si etenim Ouidio in 4. Fastorum, Plutarcho in Romuli vita, Varroni, lib. de lingua Latina, Catoni in originum libris, Alexandro Sardo de moribus Gentium lib. 2. Et Antiquorum numis, quibus non minus, quàm eruditorum scriptis hac in re debetur, credimus: Oppida & vrbes condebantur, Coloniae item deducebantur in Latio ritu hetrusco, religionis causa, apto & auspicato die, ac loco fatali, erecto nimirum vexillo, æneo vomere, Thusco, vt ait Carmini<sup>9</sup>, more, fulco, qui dicitur primigenius, mœniorum loca designabant, sexu dispare bobus, tauro dextera, vacca sinistra iunctis, stiuua incurua, vt intra caderent glebæ. (Nam qui aratri sequebantur ductorem, ijs id dabatur negotij, vt quas aratrum fuscitaret glebas, in interiorē partem diuerterent, nec vllam delapsam extra esse paterentur) incinctu ipsi Sabino, togæ scilicet parte caput velati, parte succincta: Vbi portæ futuræ, suspendebant aratrum, & intus aris constructis, sacrificia faciebant dijs immortalibus. Hinc Varro, ait urbem dici, quod aratro præfinita esset. Et Pomponius Iureconsultus peregrinarius urbem dictam asserit, quod urbare, aratro definire sit, urbem, optimū vetustissimorum verborum indagatorem præterea dixisse ait, curuaturam aratri appellari, quod in vrbe condenda adhiberetur. Terram, quam aratro excluderant, fossam vocabant, & introrsum factum murum. Spatium verò, quod post murum intus manebat, deductis per syncopen litteris, pomœrium, quasi post murum locus, quem neque habitari, neq; arari fas erat. Quoniam verò locum portis aptatum, aratrum attollentes, educto vomere, intactum relinquebant, murus totus, exceptis portis, sacer putabatur, portas autem sacras putantes, res necessarias, nisi antè expiatæ, importare aut exportare religione impediébantur. Quocirca fuere Grammatici veteres, qui arbitrati sunt portam dici, non ab importando, exportandoque, quæ vsui essent, sed à portado aratro, quando ex sacrorum ritu eo loci eleuaretur, ne in portæ limine fossa fieret. In portis verò quondam Mineruam, in suburbij Martem depingebant, quod intus prudentia, foris armis imperia conseruarentur. Neque verò in urbibus tantum condendis, tanta diligentia veteres sunt vsi, sed dum castra statiuua militum eligerent, factis sacrificijs, diligentissimè bidentium exta rimabantur, & si iecinora liuida, aut vitiosa inueniebant, quoniam id aquæ vitio fieri arbitrabantur, locum quamprimum mutabant. Sed nunc ad urbium conditores redeamus. Quemadmodum certas numinum propitiationes in condenda vrbe, scriptorum turba obseruatas affirmat, ita pari superstitionum vanitate, Penates, priuatis incolarum ædibus, quibus vrbs constat, præfectos, eosq; urbanos ac patrios, nūcupatos esse tradidit. De quibus Cicero lib. 2. de natura Deorum scribit. Penates Dij, siue à penu deducto nomine, est enim omne, quo vescuntur homines, penus, siue ab eo, quod penitus infident, ex quo etiam penetrales dij, à Poetis vocantur. Hinc & Festus ait, Penetralia esse Penatium Deorum sacra. Macrobius Penates sic dictos arbitratus est, quod per eos penitus spiremus, per quos & corpus habeamus, & rationem animi possideamus. Seruius Grammaticus, Penates, inquit, omnes Deos esse, qui domi coluntur, vnde & pro domibus ipsis sæpe ponuntur. De figura verò ac forma eorum, scribit Cyraldus Syntagmate XV. Dionysium non procul à foro Romano in templo obscuro ac humili, duas duorum Troianorum imagines vidisse, duorum iuuenum sedentium, habentiumque pila in manibus, vetera eius artis opera, quibus esset inscriptio, D. P E N A T E S. Timeus quidam Historicus, asserit eos lituos ferreos, & æreos & Troianum vas quoddam fictile fuisse, eaq; in occultis & reconditis Laudni iacuisse sacra. Ne quid porrò ædium in ciuitatibus deesset custodiæ, præter Penates, etiam Lares iisdem antiquitas curiosa præfecit. Quos

Ciuitas.

Vrbis condendæ siue coloniæ deducendæ ritus.

Penates.

Lares.

(?)

domi-

P R A E F A T I O

domicolas nominat Seruius, eosque vetustas pellibus vestiuit caninis, quod hoc animal, natura duce, domorum custodiae inuigilet. Quoniam verò, curiosa, doctaque antiquitas, sibi minimè persuadere potuit, aut fortasse, plebeculae, in officio conseruandae gratia, noluit, tantum ciuilibus Societatis bonum, nimirum turres, oppida, vrbes, praecipua mundi ornamenta, sola humana industria, ac non potius mente quadam, quae humanam multis excederet modis, excogitata & inuenta esse: Itaque peculiare quoddam numen, vrbiū oppidorūque decori, quò diuinam ipsis auctoritatem adderet, praefecit. Quamobrem veteres Almam Cybelem, magnam Deum matrem, eo habitu effinxerunt, quo etiam totius Vniuersi dominam, & ciuiliū Societatum, vrbiū, oppidorūque conseruatricem, prodiderunt. Eius siquidem simulachrum sedentis mulieris effigie in curru, quem leones traherent, lapidibus pretiosis, & diuersis metallorum generibus vestitae, turritam in capite coronam, tympanum & spicas, manu ferentis, effinxerunt. Cuius quidem simulachri, eam allegoriam constituunt; vt hanc potissimū ob causam, Cybele curru vehi diceretur, quia terra, asserente Seruio, credebatur, quae in medio aere dependet. Ideoque rotis sustineri effingitur, quia totum hoc vniuersum, volubili, ac perpetuo motu cieatur. Et eidem subiugabantur leones, vt ostenderetur, maternam pietatē omnia posse superare, neque tantam feritatem extare, quae materna affectione mitigari non queat. Vel, vt Macrobio placet, quia Cybele terrae dea est, quae ab aere, quem caeli ambitus continet, vehitur, cuius natura similis est leonum validorum animalium feruori. A Martiano autem confingitur grandaeva, corpulentaque mater, quamuis foecunda circumfusaque partibus, tamen floridam discoloramque herbida palla, contexuerat, in qua totus gemmarum metallorumque census, atque omnium prouentus frugum & fationum larga admodum vbertate, ferebatur. Eaque de causa, & spicas manu tenere fingitur, quia nimirum Tellurem eandem dictam esse Matrem, quae omnia vitae necessaria ex se gignit. Porro, etsi Aristoteles, cum suis Peripateticis, totum hoc vniuersum, sphaericam obtinere figuram tradat, corona tamen turrिता, inaequalitatem terrae denotat, quae oppida, turres & montes sustinet. Tympanum verò, ex D. Augustini sententia, in septimo de Ciuitate Dei, praetendit, quod haec dea, totum terrarum orbem designet. Plerique & Vestam, quemadmodum Cybelem, terram constituunt, eamque hoc compellatam nomine asserunt, quod terra, varijs, tum herbis, tum plantis, caeterisque, quae ex se, copioso prouentu, effundit, decenter vestiatur. Atque haec quidem suavis, & iucunda felicitis istius temporis contemplatio fuit, quo lites & controuersiae causarum cognitae per paucis fuerunt, quo philosophati sunt homines, & sanctissimis moribus securi, quietique vixerunt, quo aequo & bono, a praestantissimis viris, non seueritate legum, cuncta transigebantur. Et, si forte inter ciues controuersiae oriebantur, aut lites, eae, de aemulatione virtutis, de natura deorum, de ratione naturae, de probitate morum suscipiebantur. De quibus summi ac eruditi viri, certis constitutisque diebus, publice, admisis etiam foeminis, diserebant. Sed tam praestantes ac sancti hominum mores, sola habendi cupiditas, quae ad turpissima scelera, mortalium mentes impellit, vt initio probare coepi, violauit. Quod, cum permultis, quae in toto hoc vniuerso, varijs in locis, acciderunt, hitorijs, confirmari facile queat, ne tamen in immensum excrescat oratio, vel sola Hispania, virtutis, sobrietatisque semper amantissima, docebit. In qua ante, quam auri, argenti que venae reperirentur, bella per pauca sunt gesta, sed amabili virtutum seminario, quod cunctis inseuit natura, in citati, philosophiae, hoc est, sapientiae studio oblectati sunt homines, atque de natura, de vita ac moribus, de abditis occultisque naturae rebus, differuerunt. Quodam verò tempore, vt Georgius Agricola, lib. de fodinis Metalliacis: L. Marineus Silius, & quotquot Hispaniam scriptis reddiderunt illustrem, tradunt, asserunt quidam montes (vt fit ex vehemēti solidorum corporum commotione, calorem, & ex eo ignem excitari: Quemadmodum Vitruuius lib. 2. ob syluas, ventorum agitatione incensas, hominum coetus coactos esse scribit, & Herciniam, aliasque syluas, pari de causa, igni conflagrasse, constat.) Igitur, dum montes, metallis grauidi in Hispania arderent, atque aurum argentumque ex se liquidum profunderent, nouam, & inusitatam homines admirari coeperunt materiam, eamque Phoenicibus, qui quae stus gratia, totum peragrabant orbem, ostensam, cum exigu

Cybele.

Aureum  
saeculum.



## A D L E C T O R E M.

gni pretij rebus, permūtābāt: Phœnices, & facili, & magno suis domi quæstu exhibito, tam ex ea regione, quàm ex reliqua Asia, Græciāq; , ingentem vim hominū, ad cupiditatē promptā, diuitiarum spe, exciuerunt. Ita modò immensis classibus, modò singulis binis, ternisve onerarijs nauibus Hispaniam subinde repetebant: Plures, vel soli, vel cæli bonitate capti, atque metallata patriæ, penatibusq; præferentes, in Hispania remāsere, qui ad se cognatos affinesq; alios alijs illectamentis pertraxerunt. Tunc frequentes ex tota Asia, vicinisq; insulis, in Hispaniam coloniæ sunt missæ. Hi rudes malitiæ, ac vitiorum populos, Asiana Græciāq; docuere scelera, quorum etiamnum ea gens nimis esse tenax videtur. Hinc subito exorta Hispanis suorū metallorum admiratio, & custodia, hinc lites, hinc rapinæ, cædes, primum priuatæ, & latrociniū paucorum, demum apertum, publicumq; gentium inter sese concurrentiū, quod vocant bellum, ducibus alienigenis, & primis Phœnicibus, sola habēdi cupiditate illectis, authoribus, atque magistris. Porro, cum in eiusmodi bellorū incondito cœtu, illaudati complures, atque inglorij inuenirentur, quos nec pudor ab infamia, nec à libidine pudicitia, nec à turpitudine honestas, nec à cupiditate modestia, nec à scelere verecundia; nec virtutum denique splendor deterreret à vitijs: Tum excellentissimum philosophiæ studium omissum, artesq; præstantes, vt colitæ, ita fere extinctæ sunt atque deletæ. nam litteris continebantur perpauca, auditione magna ex parte tradebantur, percipiebanturque. Tum desitum est æquo ac bono fidi. Tum, vt deprauatis malorum conatibus obuiam iretur, leges ferri cœptæ: Et, vt ea optima hominum Societas, in qua lex dominaretur, ita pessima, omniumq; deterrima est iudicata, quæ Lex. à lege, iudicijsque fecerneretur. Idcirco cogitandum fuit, vt esset aliquis, qui cæteris præficere-tur, alios regeret, pro omnibus excubaret, rationem pacatè viuendi, hoc est, leges, quibus supplicia vitijs, præmia exhiberētur virtutibus, præscriberet. Elegerunt ergo virum aliquem vir- Regnum. tute, sermone, ac fortitudine præstantem, probitate ac moribus integrum, cui rerum permiserunt arbitria. Eius cum viderent prudentiam circa iusta honestaq; versari, & ea omnia agere, quæ communi ciuium vtilitati, tuta ac commoda esse perspicerent, de publico, quò ab illiberali ac fordida functione immunis esset, eum alere statuerunt. Disciplinam ab eo viuēdi præscriptam, cōmuni boni opinione, æquo animo acceperunt, etiam si priuatæ quorundam libertati, videretur obesse, summo deniq; honore eū affecerūt. Moyses, qui apud Hebræos primus omnium leges tulit, nōne in summa veneratione semper extitit? Draco, & deinde Solon, qui Atheniensibus, Minos, qui Cretensibus, & Lycurgus, qui Lacedæmonijs sanctiones suas ediderunt, quantam sibi gloriam vendicarunt, & quàm bene meriti de suis ciuitatibus esse dicuntur? Horum scripta ad eò Romani sunt venerati, vt Decemuiros ex S. C. constituerint, qui leges à Græcis ciuitatibus peterent, quas in æs incisas, & pro Rostris editas, populum docuerunt. Atq; duas deinde ipsi addiderunt, ne quid perfecto operi deesset. Cicero in libris suis de oratore ad Quintum fratrem, Crassum loquentē, & duodecim has tabulas, diuinis pene laudib. efferentem, introducit, cū ait: Fremunt oēs (licet dicam quid sentio) Bibliothecas, me herclè omnium Philosophorum, vnus mihi videtur duodecim tabularum libellus, si quis legum fontes, ac capita viderit, & authoritatis pōdere, & vtilitatis vbertate, superare. Ex his itaq; apparet, eam primam omniū politiæ faciē fuisse, in qua vnus Remp. administraret: Ex qua, quo pacto deinde Aristocratia, atq; etiam Democratia sit orta, nunc, prolixitatis euitandæ gratia, non disputo. Sed, vniuersum Politia munus atq; officium, laconica breuitate recensere. Politia igitur, cuius fundamentū Religionem statuo, cū Aristotele in Rhetoricis, principatū & consuetudinē rerū nuncupo, secundū quam viuere vnumquemq; & conuersari decet. Eam verò ab omni affectu & cōmōtione liberam, sine amore, odio, spe, metu, ambitioe aut avaritia, optimè Remp. ciuiū, gubernare oportet: cuncta æquitatis & iustitiæ authoritate ac nutu gerere, vt neq; inflecti gratia, neq; perfringi potētia, neq; adulterari pecunia, possit. Improbos ac sceleratos, qui nec humanitatis, nec officij sui, nec publicæ salutis rationem habent, vi, minis, vinculis, damno, ignominijs, exilio, verberibus, & morte etiam, quando extrema vrgebit necessitas, coërcere. Nā, etsi omnes emēdare, paucos, aut si fieri potest, nullos, interimere debeat, tamen, cū Politia clemētia;

P R A E F A T I O

mentia, non in ipsius modò, sed etiam in eorum, qui in Repub. viuent, ingenijs sita sit, illique piarum constitutionum ac legum reuerentiam excutientes animis, summa imis confundunt, vi opus est, vt vis repellatur. Ad hæc etiam eos, qui in benè constituta ciuitate, virtute aliqua, eruditione, & scientia excellunt, præmio & honore, splendore ac gloria, Politia afficiet, & dignitates tribuet ijs, qui optimè de Repub. meriti esse videntur. Itaque Romani prisca in dandis Magistratibus & cõferendis honoribus, non largitione, & ambitu, sed vera virtute nitebantur, & propter res egregiè gestas, domi militièq; meritos ciues, prætura, ædilitate, consulari, & amplissimis honoribus cohonestabant. Duo itaque numina, maximè veneranda in Republ. Democritus assererat. Præmium scilicet, ac pœnam. optimi nanque ciues & benè de Republ. meriti, muneribus honoribusq; augendi sunt; Deterrimi autem omni fœditatis exemplo afficiendi. Porro, vt Politia optimarum constitutionum ac legum auctoritate: Ita legum obseruatio Religionis opinione ac reuerentia, multo firmior erit. Itaque Rhadamanteus Gnosius vir & iustitia, & sapientia summa, ciuilia instituta Cretensibus præscribens, quò maiore leges auctoritate muniret, Summum Deorum Iouem, in consilio habere se finxit, cuius nutu singula quæque decreta, ad Creteses deferret. eo autem inuento, ciues omnes dicto obediētes habuit, eosq; ad frugalitatem, æquitatemque redegit. Hunc Minos sequutus, in antrum Iouis descendit, vt Plato lib. de Legibus scribit, ac noua quædam instituta deferēs, Iouem similiter Legum suarum numen asseruit. Lycurgus autem Apollinem: Amolxis, qui Gethis leges præscripsit, deam sibi prætulit Vestam, quæ præsens apud eas nationes numen habebatur. Apud Romanos, Numa Pompilius sanctiōibus suis Egeriam Nympham præfecit, quò maiore reuerentia, eas populus acceptaret. Sed, quidnam sit ipsa Religio, dices? Seruius Sulpitius, Religionem dictam esse tradidit, quod propter sanctitatem à nobis, & ab alijs humanis actionibus remota sit, atque seposita. Cicero lib. de Deorum natura secundo, à relegendo, religionem deducit, in quiens: Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti Religiosi à relegendo. Quemadmodum & lib. i. de natura Deorum, Sanctitatem, scientiam colendorum Deorum tradit. Verum ineptam & anilem hanc Cicero nis interpretationem, Firmianus Lactantius lib. de vera sapientia III. cap. XXVIII. deridens, Religionem à vinculo pietatis deductam esse cõfirmat. Quòd hominem sibi Deus religauerit, & pietate cõstrinxerit. Quia seruire nos ei vt Domino; & obsequi, vt patri necesse est. Benè ergò nomen id interpretatus est Lucretius, qui ait, Religionum se nodos exsoluere. Huic D. Augustinus lib. de vera Religione cap. 55. his verbis subscribit. Religat nos Religio vni omnipotentis Deo, quia inter mentem nostram, qua illum intelligimus, & patrem & veritatem, id est, lucem interiorem, per quam illum intelligimus, nulla interposita creatura est. Eam & alibi hoc pacto describit. Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, cæremoniamque affert. Nulla autem Politia vnquam firma, aut benè constituta censetur, nisi Religioni summa in ea laus, & veneratio tribuatur. Hinc Aristoteles, qui minus tamen pietati, & religioni, quam præceptor huius Plato, deditus fuisse videtur, magnam agrorum partem ijs, qui religionem in vrbibus administrarent, in Politicis suis attribuit. Neque id immeritò: Religio etenim sola, cum omnis concordia & ciuilis vnitatis fundamentum existat, politiæ ornamētum ac vinculum, qui Religionem perturbat, auferre videtur. Adeò quidem, vt, quemadmodum benè cõstituendæ ordinandæque Politia prima elementa sunt Religionum sacrarum momēta ac rationes: Ita declinatæ Reip. ne dicā inclinatae cunabula sunt Religionum fœcordia, indiligentia, neglectus. Quid etenim in ea Rep. benè fieri vnquā poterit, in qua nullius Dei metus, nulla Religio, nulla fides in officio ciues cõseruat, & à prauis actionibus coercet? Nā illi, qui legum terrore nil rectè faciunt, qua, obsecro, mēte vrgebuntur à cede, à latrocinijs, à rapinis abstinere, ne in testimonijs mentiantur, ne fraude circumueniāt alium, nisi Religionis pietatisq; reuerentia, falsa mens territa, ad iustitiæ rudimenta ac cultum instituatur? Illa Deum vereri, parētes amare, à turpitudine abstinere, id deniq; quod honestum & æquū, mentes humanas docet. Præclare Cicero, lib. de Deorum natura primo scribit: Religione ac pietate

Religio.

AD LECTOREM.

pietate erga Deū sublata, fidem, & humani generis societatem, & iustitiā, virtūtū omnium excellentissimā, tolli. Itaque Dryopes, quò deprauatas de Religione sententias, & superstiosos ac novos de ea sermones, ex Atheniensium Repub. profligaret, legē tulit, qua capitale censebatur esse, de Deo non rectè sentire, siue de Religione, novos, in Rempub. ritus, introducere. Imò, ne ipsi quidem, qui cæco mentis errore, prouidentiam diuinam, cum omni religione reijciunt, qui cuncta in hoc Vniuerso, fatali quadam necessitate agi, & animas, vnà cum corporibus interire existimāt, quos atheos vocamus, hanc, à communi plebe, defendi sententiam vellent, adeò, vt id se credere, nec fateantur apertè, nec Rempub. ad eam formam institui cupiant, vt nullius religionis exercitio populus in officio cõtineatur, cum inde ineuitabilem politiarum ruinam subsequi non ignorent. Symmachus apud Prudentium, cùm veteri Deorū cultui, omni tamē superstitione contaminato, inualecente Christianorum fide, permultum authoritatis decedere animaduertet, & Aram, quam veluti consiliorum dictorumq; omnium testem, multis religiosissimè, in Senatu annis coluerant, eijci, & cõculcari videret, Legationem ad Romani Imperij Principes Augustos, pietatis nomine, suscepit, in qua, priscae Religionis statū, Imperij, & Politiae dignitatem conseruasse, multis argumentis cõfirmat, Religionem autem spretam, publica, inquit, subsequuta est fames, & spem prouinciarum omnium, messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum, nihil imputemus astris, nec rubigo segetib. obfuit, nec auena fruges necauit, sacrilegio annus exaruit. Neesse enim fuit perire omnibus, quod Religionibus negabatur. Veruntamen, quam ob rem nos, qui verum, in vera religione veneramur, accolimus Deum, cum ijs, qui falsorum deorum religionem defendunt, qui vana superstitione, simulachra muta, & æreas adorāt imagines, disputationē suscipimus? Cum nos eam, quæ vera & beata est, profiteamur, eiusque finis sit, imitari quem colis. Quis autem turpissima eorum scelera vnquam imitari cupiet, quos multorum deorum, fertile sæculum, in Diuorum ordinem recepit? Quorum cultus vera Religio cenferi non potest, eò, quod summo bono, cultorem non reddat beatum. Ea igitur Christiana, hoc est, vera Religio putanda est, quæ sola efficit, vt homo hominem charum habeat, eumque sibi fraternitatis vinculo sciat esse constrictum, siquidem Pater idem omnibus deus est, vt Dei, patrisq; communis beneficia, cum ijs, qui non habent, partiatur, nulli noceat, nullum premat, non fores claudat hospiti, non aurē precanti, sed sit largus, beneficus, liberalis, quas regias esse laudes Tullius existimauit. Vnde planè apparet, præcipuum Religionis munus & institutum esse ne iniuria quis alium afficiat, sed id quod verè, optimorumq; hominum sententia, bonum est, præstet. Quo ille respexisse videtur, qui mundam & immaculatam Religionem apud Deum & patrem hanc esse descripsit, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Hæc fuit profectò aurei sæculi religiosa iustitia, vt inquit Lactantius lib. de iustitia 5. ca. 6. quæ Ioue primum regnante, corrupta, mox & ipso, & omni eius progenie cõsecrata, deorumque multorum suscepto cultu, fuerat omnis sublata. Pari quoq; ratione, inuectis in Ecclesiam Dei, superstiosis nouorū dogmatum sentētijs, pristinae & auitę religionis marcescente vigore, ciuiū dissidia, & perniciosæ factiones nascuntur, quæ partium deinde studia gignunt, quarū qui defensiones suscipiāt, infinitis calamitatibus politicam Reipub. formam, seditionibus intestinis, & domesticis bellis euertūt; Magistratus reuerentiam ciuium animis eximunt; dicacibus famosq; libellis omnia miscent; turpissima conuitorū plaustra, in eos, qui in nuper inuentas opinionū sententias nō statim iurant, nefariè ingerunt, vt maledici potius, & contumeliosi sifilatores, quàm alicuius religionis defensores esse videantur. Præclare Eusebius historiae Ecclesiasticæ lib. 10. cap. 7. Ex pluribus, inquit, rebus apparet, Religionē, in qua summa custoditur sanctitatis reuerētia, si extenuetur, magna pericula adferre Rebuspub. Ac rursus eadem, si legitimè tractetur & custodiatur, maximā prosperitatem Romano Imperio, & cunctis mortaliū rebus præcipuam præstare felicitatem. Equidem, si remotas ob vetustatem historias ex litterarū monumentis repetere libeat, quā plurimis argumentis Religionis immutationē, Rebuspub. perniciosissimam fuisse cõstabit. Quam florēs olim nobilissimum

(?) (?) orientis

P R A E F A T I O

orientis imperium fuerit, nemo historiarum peritus ignorat. Verum funesta Arrianorum factio, non modò omnia in eo perturbavit, sed & ijs tandem orientem exagitavit furoribus, ut impurissimi Mahumetis superstitionem susciperet: Eius factionis soboles Donatistarum & Circumcellionum furores, tanta immanitate sacras atque ciuiles in Africa leges cõtaminarunt, ut omnis ex eo regno iustitia atque Religio exularit. Ita quidè, ut vastitatis atque communis calamitatis, etiam illi ipsi, qui Donatistarum partium erant, pertesi, nihil aliud, quam legitima aliqua collatione habita, religionis vnitatem optarent; Afferete D. Augustino lib. post collationem cum Donatistis habita. Quam deploratam politiarum mutationem, seditiosa Hufsitaram factio, Duce Ioanne Zischa, in Boemiam inuexerit, quantis viribus in paterna viscera arma cõuerterit, Aeneas Syluius Boemice historię scriptor, Albertus Krantzius passim in sua VVandalia lib. 10. 11. 12. Nauclerus: Bernardus Lutzenburgus, Sebastianus, Franc. Alfonsus à Castro: Gabriel Prateolus, & postremo Ioannes Dubrauius, commentarijs admiratione dignis, commemorant. Taceo nunc de maxima & horrenda calamitate, quam ex alterata Religione nostræ Germaniæ, deinde florentissimæ Galliæ, ac demum Belgicæ politia percepit. Illud, coronidis saltem loco, adijciam. Cum veræ Religionis professio, non alibi, quam in vera Christi inueniatur Ecclesia: Hæc autem in politica contineatur Repub. Itaque, quemadmodum Imperij & Politicæ amplitudo, plurimum ad Religionis Christianæ propagationem adiumentum confert, ita quassata & vera labefactata Religione, Imperij, & Politicæ quoque status concutiatur, necesse est. Itaque Christiani veteres, locum Pauli ad Thessalonicenses de Apostasia, ita interpretabantur, & de Antichristo sic loqui solebant, ut existimarent, imminentem Religionis & Ecclesiæ per Antichristum ruinam, non sine extrema Romani Imperij calamitate & dissolutione institui posse. Itaque cum Imperij & Ecclesiæ eandem esse salutem, parem quoque perniciem existimarent, pro tranquillo Romani Imperij statu, Deum precari solebant, in cuius incolumitate inclusam esse sciebant, felicitatem Ecclesiæ. Cuius similiter fidem, pietatem, religionem, ardentissimis Deo precibus committebant, ut puta, cuius salus atque felicitas, Imperij & Politicæ quoque incolumitatem defendat. Hinc in Testamento veteri, cum per Prophetas suos Deus Israelitarum Regi impio Achab, scelerum suorum causa, Regni & familiæ vniuersæ exitium prænunciaret, Religionis, veræque pietatis, & optimorum prophetarum contemptum, iustissimo suo iudicio, in eius regni politiam permisit irrepere, cum nimirum, veniam spiritui nequam concederet, ut doctrina synceræ religionis suppressa, mendacium pro veritate, omnes eius regni Prophetæ docerent. Quam quidè doctrinam, summa Regis atque reginæ calamitas, & extremum politicæ exitium est subsequutum. Id Achior coram Holopherne cõsiderans, ne contra Iudaicam gentem quid temerè molitur, monet, quam diu veri Dei cultum, hoc est, integram apud eos religionem vigere cognosceret, neque enim aliquem huic populo vnquam insultare potuisse, nisi, quando sprete religione, à cultu Domini Dei sui recessissent. Hæc, etsi fortasse pro ratione huius loci, prolixiora, & à topographicis urbium oppidorumque descriptionibus, remotiora esse videantur, paucis tamen præmittenda esse putauimus, quidnam potissimum vrbes & oppida, quorum hoc opere descriptiones, & topographicas exhibemus picturas, florenti in statu conseruare, quid seditiones etiã in ijs plerumque ciere, & politias quam optimè constitutas, inuertere putemus. Nunc, ut finem tandem præfationi imponamus: Ad ipsas urbium enarrationes quod attinet. Etsi in ijs me multa omisisse concedam, quæ vero de iisdem elogio scribi, & tuto etiam publica esse poterant, quis enim in tanta historiarum turba, non per ignorantiam multa omittat, quod etiam, quæso, volumen, omnia, quæ de singulis urbibus, in publica litterarum munimenta referri possent, capiet? Tamen, pro paginarum capacitate, ea, quæ vel ipsi ex historicorum scriptis eruimus, vel familiaribus, ab amicis nostris epistolis accepimus, candidè à nobis prolata fatemur. Quod si autem curiosuli, omnia enodatus perscrutari, & singula inuestigare cupiant, concedatur ipsis id præstare, quod magnificum est, & laboriosi, egregijque viri gloriam consequi.

Erunt etiam aliqui, qui fortasse plures urbium icones desiderabunt, quotus enim quisque est, qui

A D L E C T O R E M.

est, qui nō, viso hōc libro, statim suæ patriæ descriptionem atq; picturam inquirat? Multi, iuncto utroq; urbium tomo, inuenient, aliqui etiam fortasse desiderabunt. At ea, quæ heic nō habentur, non sunt, aut negligentia nostra, aut sumptus euitandi gratia, omissa. Sed, quia emptori etiam, pro virili nostra consulere voluimus, ne in immensum maioris operis pretiū excre- fceret, totius vniuersi vrbes libris, si non alia de causa, saltem pretij mediocritate laudatis, pro- ponere visum fuit. Qui autem patriam suam omissam iniquius tolerat, eum maiorem in mo- dum rogo, vt eius commotus amore, eam ad nos depictam transmittat, & artificiosa Hogēber- gij manu, cum honorifica nominis sui mentione celari curabimus, & vel huic, vel priori to- mo, prout volet, inseremus, vel in tertij fortasse editionem, reseruabimus. Reliquū nunc

est, vt beneuolum rogemus lectorem, quò benè feliciterque valens, operi & instituto nostro, benè faueat. Ex Musæolo nostro Agrip- pinensi, Anno partæ salutis M. D. LXXV.

R E M A G L V S, L Y M B V R G V S,

M E D I C I N A E. D O C T. E T. L E O D I I. A P V D.

D. P A V L V M. C A N O N I C V S, D.

G E O R G I O. B R A V N.

S. P. D.



LITTERAS tuas, Vir præclarissime, vt doctas, ita concinnè exaratas, amoris erga me tui & officij plenas, accepi, quæ quidem, quāto me opere refecerint & recreauerint, vix verbis assequi possum. Quo quidē nomine H. Tuæ obligatū me libēter concedo, quam nūc, successuq; temporis frequenter, litterario inuisam colloquio. Initio itaq; mihi, nō parum gaudeo, tecum mihi, felicibus auspicijs, conciliatā & initam esse amicitia, quam sanè, vt vnice venerer, exosculer, & singulari amore amplectar, nihilo omnino mihi debetur gratiæ, sed eruditioni & eloquentiæ tuæ, qua historicas urbium enarrationes, accuratissimis earundem picturis, ea industria & dexteritate subiungis, vt non tam arti- ficum, & Braunij ope delineatas, sed viuas exhiberi vrbes, appareat. Adeo quidem, vt et si nostro hoc æuo, in pulcherrima, totius orbis descriptione, non pauci docti, ac celebres viri gnauiter laborent, re vera ta- men, non meo tantum, sed & eruditissimorum hominum iudicio, superat, & post se longo interuallo A- grippinensis Braunius, relinquit. Quippe, qui præter purissimè in urbium enarrationib; obseruatam scri- bendi phrasim, vrbes etiam ipsas æreis laminis artificiosè celatas, longè maximis impensarum sumptibus, artificiosissimè exhibet. Quid iam industriam, & diligentiam propè singularem illam tuam cōmemo- rem, qua non vicinis modò, sed & remotissimarum nationum hominibus innotescis, quos doctissimis excitas litteris, quo tuum hoc studium, vrbes suppeditando, promoueat. Itaque non existimo, reperiri nunc aliquem, qui Cosmographiæ addendum esse quippiam putet, si tuos hos libros, accuratissimo toti- us vniuersi Theatro, à summo huius æui cosmographo, D. Abrahamo Orttelio conscripto, coniungat. Quamobrem, maeste virtute, vir præclarissime, laudatissimam & hanc, quam peperisti nominis tui glo- riam, fortiter, omni incremento laudis, ad finem vsque prosequere, nihil te zoili, nihil te curiosuli alicu- ius momi perturbet inuidia: boni esse viri cogita, nominis sui famæ consulere. Neque existimes velim, ti- bi minimè ambitioso, laborum tuorum laudem, aliquando interituram, aut vllam futuram tam ingra- tam posteritatem, quæ de tantis sudoribus tuis, læuius sit sensura, quàm hodie, te viuo, iudicant, non so- lum eruditorum hominum ingenia, sed ipse etiam terrarum orbis, non minus, quàm quondam

Vestæ, se tibi debere concedit, cuius tu ornamenta, hoc est, vrbes & oppida, tam graphicè describis, atque depingis. Vale, viue, ac felix esto. Leodij apud D. Paulum. XIII. Iunij. Anno salutis M. D. LXXV.

STEPHANUS BROËLMANNI AGRIPP.  
IN THEATRUM VRBIVM POPVLARIS ET CIVIS SVI AMICISS. GEOR.

GII. BRAVN. AGRIPP. CARMEN.

HENDECASYLLAB.

**S**ed te res iuuat orbis vniuersi  
Depictas breuibus videre cartis:  
Sed te res iuuat orbis vniuersi  
Depictas breuibus videre cartis.  
Si nec tædia ferre, siue cali,

Seu viæ libeat, leuique sumptu  
Vrbes visere longius remotas,  
Et cunabula prima, ciuiumque  
Mores, exiguo labore nosse:  
Sed certè exiguo labore nosse  
Iuuat oppida, ciuiumque mores,  
Hunc sumas nitidum nouumque librum,  
Vrbes ille tibi dabit trecentas.  
Vrbes cum fluiuisque mœnibusque,  
Tam docta artificis manu politas,  
Vt cum Naiadum chorus sororum,  
Antra quæque tenet Lepontiorum,  
Quæ fontesque lacusque, quæque montes,  
Atque harum pater, amniumque Rhenus,  
In ripa ad liquidas videret vndas,  
Admirans loca nota, littorumque  
Expressos tenui sinus colore,  
Et fratres fluuios: manusque tollens,  
Hicne solus eo, vel alter, inquit,  
Rhenus? alter at Albis & Mosella?  
Et vos congeminastis, ô puellæ,  
Quæ mecum gelidos habetis amnes?  
Inclusum exiguae nuci vetustas  
Grandi Mæonij poema vatis  
Admirata fuit: magis nepotes,  
Hoc miremur opus, breuis libellus  
Cunctas exhibet iste ciuitates,  
Quotquot vnda ferit marina, quotquot  
Rhenus, Sequana, Tyberis, atque Iberus.

At tibi bona multa sint, Georgi,  
Phœbi deliciae, pater leporum.  
Te duce innumeras videmus vrbes  
Amisam reparasse dignitatem,  
Et cultas magis, & magis venustas,  
Nunc tandem superas venire in auras.  
Viues hoc tibi quidquid est laboris  
Omni perpetuum manebit æuo.  
Tibi magna Pales, & alma Diuum  
Ops mater, tibi ciuium cohortes,  
Et Lares simul & simul Penates,  
(Quos hic vestibulum tenere cerno)  
Ornabunt niueis caput corollis,  
Et Phœbus pater, & nouem Camæne  
Et quantum est hominum eruditiorum.

I A N. M E L L E R I P A L M E R I I  
 S I L V A, I N  
 T H E A T R V M V R B I V M G E O R G I I  
 B R V I N, A D E B E R H A R D V M  
 S V D E R M A N V M.

**H**ÆC, quæ longè alias inter caput extulit vrbes,  
 Quæ Rhenus Mæno cū fratre, sorore Mosella,  
 Fallor? an & Mæno cū fratre, & fratre Mosella?  
 Hinc, atq; hinc viridi præ tendit cornua ripæ,  
 Agrippina, Vbio commista & sanguine gentis,  
 Tybri, tuæ, (quanquam heu) Druso duce, & auspice Druso;  
 Ripa fuit quondam molli vestita salicto,  
 Tum cum, Roma, tibi belliq; togæq; maneret  
 Partus honos, nec victæ manus Tyberine dedisses.  
 Aspice, vbi lenem scandunt Capitolia cliuum,  
 Is dumis stabat locus, & sine frugibus herbis:  
 Illic qua spectare forum maius ve, minus ve  
 Nunc datur, vnda rates vento, remog; ferebat,  
 Et dat iter plaustro via, quæ dedit ante carinæ.  
 Quo Petri gradibus fanum se sustulit, olim  
 Protectis salices stabant, pro turribus vltimi.  
 Quid loquar aut templa, aut certantes arcibus ædes  
 Nobilium? quid quæ de marmore curia surgit?  
 Quæ nunc spectantum mirantia lumina vertunt,  
 At tum pabula erant gregis, & sine nomine tellus.  
 Miramur? quæ iura dedit terræq; mariq;  
 Roma, fuit quondam colles, in collibus herbae:  
 Iam noua, quando vetus cælo caput Alba ferebat:  
 Nec dominas semper Nereo Tybris intulit vndas:  
 Nec semper stetit Alba, albæ suis omine nata.  
 Nullas Aeneæ viderunt secula Pisas,  
 Masiliam nullam: quæ nunc versantur in ore  
 Omnibus, & qua inuictus equis petit æthera Titan,  
 Et qua præcipitem Oceani lauat æquore currum.  
 Scandentes videas Genuæ de vallibus arces,  
 Surrexisse putes sumptuq; manuq; deorum:  
 Atqui ætas veteris Genuam nesciuit Homeri.  
 Vrbs Venetum, magnæ virtutibus æmula Romæ,  
 Pro portis cui est Techys, pro mœnibus æquor,  
 Bigarum uo loco celeres subiere carinæ;  
 Sola palus quondam Hunorum fuit ante sagittas:  
 Quæ pedibus si quando tuis adeunda daretur,  
 Vnam collectum mundum mireris in vrbem.  
 T A N C u m æui mutare valet longinqua vetustas.  
 Nam noua cum primo factu se terra profudit,  
 Ac Cereris cæpit messes in luminis oras  
 Tollere, & ignotis herbas committere ventis,  
 Vitam homines inter tractarunt secla ferarum:  
 Nulli vrbes, nulli cinxerunt oppida muri:  
 Pallas adhuc tenuit nullas in collibus arces.  
 Quæ peteret natura sibi, dedit omnia tellus,  
 Illa cibum vulgò, vestes illa, illa cubile  
 Præbuit, vt fama est, haud vllò saucia ferro.  
 Nondum tollere opes, ac cælo educere molem,

Laus erat: & quæ nunc est vita, laceffere factis  
 Fortunam: nec velle modum sibi ponere luxus:  
 Sed frutices inter, inter spelæa ferarum  
 Sub Ioue nudabant terræ membra horrida, membra,  
 Qualia posse putes imponere Pelion Ossæ,  
 Vt coniuati cælum rescindere fratres.  
 Iuncta Venus dabat, & reddebat gaudia, iunctis  
 Ad somnos arbor, quos illa, vel illa vocasset.  
 At nouitas mundi nullo poscente ferebat  
 Omnia: quem nunc ex alio status excipit alter.  
 Ipsa sibi pinxit tellus sua floribus arua,  
 Et magnum arboribus, quas inde, vel inde ferebat,  
 Crescendi dedit immixtis certamen habenis.  
 Quæ nunc tarda venit, factura nepotibus vmbra,  
 Si qua fides, anno sparsit sua brachia in auras,  
 Quodq; magis, nullo se semine sustulit ilex.  
 Ac mali coma, cum Baccho, Bacchiq; sorore  
 Sponte sua in superas terra caput extulit auras,  
 Et, mirum dictu, cælum non iussa petiuit.  
 Nondum alterna sitim cæli collegerat æstas,  
 Nondum bruma suo sylvas spoliarat honore,  
 Cum primum lucem pecudes hausere: nec vllò  
 Iupiter in gremium vxoris descenderat imbre.  
 Ver erat, & sæuis parcebant flatibus Euri.  
 Nec dum vsus silicis venis excudera: ignem:  
 Vulcano mollire cibos res nulla monebat,  
 Nec mora: cæpisti (sic dii voluistis) ab antris,  
 Eole, luctantes hyemes, cum grandine nimbos,  
 Cum nimbis ventos, ac vasto murmure fluctus  
 Mittere, & ab sæuis armare in prælia fratres.  
 Tum primum emissus madidis Notus euolat alis,  
 Noctem, hyememq; ferens: manat cui plurima mento  
 Vnda: at que hinc, illinc rotant pennaq; sinusq;.  
 Nec satis: hinc Euros mittunt orientia solis  
 Lumina, & iratis addunt æstumq; minasq;:  
 Illinc Hesperio quæ littora sole tepescunt,  
 Opponunt Zephyros, quis credere possit? ab igne  
 Frigus, & in media nautis æstate leuamen.  
 Hinc Boreas, illinc Boreæ contrarius Auster  
 Bella mouent, replentq; suis stridoribus auras.  
 Illi vndas vndis glomerant, atq; imbribus imbres:  
 Et nemora, ac rauco percurrunt murmure pontum:  
 Parua loquor: cæli quoq; turbine nubila raptant.  
 Tum Deus, vt perhibent, contraxit tempora veris  
 Perpetui, & spacijs exegit quatuor annum:  
 Vere grauem iussit terram cum floribus herbas  
 Fundere, & è viridi protrudere stipite gemmam,  
 Illa facit: sed dum frondes in aperta ministrat,  
 Ver fugit, heu cur iussa soror dare terga sorori?  
 (?) (?) (?)

Alteræ ætas: qua summa illa felicitate homines exciderunt.

Annus, qui huc vsque summa æris tēperatione præferat; nunc deinceps calore & frigore distinctus.

Et

Capitolium Agrippina ad instar Romani Marlianus, & alij. Forum boarum & anonarium.

Prima ætas mundi, cū omnia sponte terra produceret.

Et riget aestiuus hirsutus campus aristis.  
 Ac modo vix culmis agros vestiuerat aestas  
 Torrida; cum plenis spumat vindemia labris.  
 Mox ponunt frondes, quam saevo frigore? siluae,  
 Atq; vndas astringit hyems, & flumina nectit.  
 Quid faciam? densat mutatus Iupiter Austris:  
 Hinc Euri tonat, hinc Zephyri domus: vrget ab alto  
 Arboribusque aruisque Notus, pecorique sinister:  
 Et sacro coruus pluuiam vocat improbus ore:  
 Ac pariter ventis caelo niuis aduolat imber:  
 Tunc primum structo caluit focus igne, nec ante  
 Excisas mentem dederat Deus vrere siluas.  
 Tum primum subiere lares & tecta ferarum,  
 Sicubi monte Iouis nodoso robore quercus  
 Porrigeret ramos, aut valle recederet antrum.  
 Heic, seu sol referatq; diem, condatq; relatum,  
 Membra solo sternunt, ac lassae quiete remittunt.  
 Et Phæbus medio cum diuidit axe colores,  
 Heic gelidum captant frigus, cum frigore somnos.  
 Ante dabant oculis nudos spectare lacertos,  
 Fœmina nuda, latus nudum, nuda omnia; quando  
 Prima nouam exciperet cœli indulgentia terram,  
 Vt memorant, ac iusta quies hyemem inter, & inter  
 Aestum iret, nec dura moueret prælia cœlum:  
 Nunc vsus docuit spolijs vestire ferarum  
 Corpus, & iniectos humeris componere amictus.  
 Nec victum dant corna, vel ab Iouis arbore glandes,  
 Aut fragra, aut duris hærentia mora rubetis:  
 Non baccæ, aut vultis pascunt radicibus herbae:  
 Sed iunctos temone gradum conferre iuuenos  
 Cogunt, & sulcos matris deducere tergo.  
 Tum renouare aruum, atq; anni spem credere terræ  
 Tempora monstrarunt: & in horrea condere messem.  
 Non tamen aut posito signari limite campum  
 Fas est: aut mouet è dubio vicinia rixam.  
 Fine colunt nullo: & longa in deserta sine vllis  
 Hospitijs pecudes inigunt, si credere fas est,  
 Sed fas: atque etiam in medium quasita reponunt.  
 O vos, ô nimium felici sidere nati,  
 Saluete heroës, salue optima temporis ætas:  
 Vos mea dum poterit siluas habitare Thalia,  
 Vos dicet, seu sol terræ, seu luna ministrat.  
 Vobis quæque dies lucem dedit orta videre,  
 Quæque exuta anima stygijs caput obruit vndis,  
 Læta fuit, quamuis potuit non læta videri.  
 Vobis nulla maris pinus descendit in vndas:  
 Vento credere, & à terra conuelleret funem,  
 Non fuit, ac dubio metiri sidere pontum:  
 Nunc iuuat iratum remis impellere marmor,  
 Et caput obiectare fretis, ac sidere ponto.  
 Tum domitas nullus gentes ditione premebat  
 Princeps, imperij nullus data frena tenebat:  
 Nemo bonus ve, malus ve, aut bello, aut pace regebat  
 Infrenes populos, ac primus ad arma vocabat.  
 Ipsa illis natura facem præluxit, & ipsa  
 Virtutis docuit recto decurrere calle.  
 At nunc mille metus, & mille pericula cingunt,  
 Hinc terga, hinc frontem, fures in vincula capti  
 Crura, manusq; addunt: luitur & sanguine sanguis.  
 Non vnus, mille imperij moderantur habenas:

Antra &  
 speluncæ  
 pro ædifi-  
 cijs.

Et quos nemo suo quisquam pede presserat, eheu  
 Colla iugo præbent, sub tristia iura vocati.  
 Quid tamen id prodest, miserorum onerasse catenis  
 Colla? aut quid laqueo fauces innectere furum?  
 Si pauci alterius metuunt scelere are penates:  
 Si vitam frater fratris petit, hospitis hospes?  
 Num magis idcirco tutatur ianua limen?  
 Num minus insidijs ac fraude pecunia pallet  
 Latronum, raptæ vel præmia veste petuntur?  
 Ipsiam proceres, & si modo vera fatemur,  
 Reges exercent dextra, lauaq; rapinas.  
 Eumenides sæuæ, vosq; ô pallorq; tremorq;  
 Quid mihi vobiscum est? me ad mundi prima redire  
 Secla iuuat, quando quos ipsa volentia rura  
 Reddebant fructus, quæ tellus picta notabat  
 Hinc atque hinc varijs distincta coloribus arua,  
 Carpebant: quando nec cantu accendere Martem,  
 Nec duras soliti miscere in prælia dextras.  
 Non quisquam excidio alterius petijisse penates  
 Gaudebat: nemo spumas salis ære ruebat.  
 Quando se nondum spreta pietate solebant  
 Ipsi calicole mortali ostendere cætu.  
 Sæpe suo sese in terras demisit Olympo  
 Iupiter, & populi sacris tulit æctus honores.  
 Sæpe suo Pallas deduxit stamina fuso,  
 Et quam protulerat, reliquis quoque tradidit artem.  
 Quid? quod Parnasi Bacchus, nisi vana loquuntur,  
 Thyadas effusus è vertice crimibus egit?  
 Nulla erat occultum quæ vendere nosset amorem:  
 Nullus qui alterius pretio traducere messem:  
 Sed Venus in siluis iungebat corpora amantum.  
 Heic qua lapsa iugo liquido pede labitur vnda,  
 Et noua odoratis adolescit frondibus ætas,  
 Mutua necebant inter se gaudia, nullo  
 Empta malo cuiusquam, nullo quasita dolore.  
 O mihi tum mea si neuissent stamina parca:  
 O si, quæ tenerum misisti mater in auras,  
 Tum lacem me haurire dedisses: optima mater,  
 Optima, non pridem quæ cœli parte recepta  
 Præmatura, domus nostra spes linguas inanes,  
 Eheu: sed ceptum mihi tæxat Apollo laborem.  
 Postquam vsus rerum varias sator extudit artes,  
 Hi, quos ingenium vulgus supra extulit, ausi  
 Sordibus è tantis vitam, tantisq; tenebris  
 Eripere, & dederat quos mundi infantia mores  
 Commutare nouis monstrarunt rebus: & omnes  
 Virtutes vitij terra concedere pulsas  
 Egerunt. TANTO STAT, EA empta dolore voluptas.  
 Tum mulier coniuncta viro concessit in vnum:  
 Et tum dulce patris onus è ceruice pependit  
 Filius, ac magnum impleuit genitoris amorem.  
 Antiquam neque enim patrius consistere mentem  
 Passus amor duro pepulit de pectore saxum.  
 Heic & spargere rure casas, & iungere tecta  
 Admonuit frigus, nec aperto credere caelo.  
 Primum congesta suspendere fronde penates  
 Contenti, ac iunco latera intertextæ locare:  
 Mox etiam (sed enim mentem Deus addidit auctor)  
 Ducitur arbutis paries è cratibus: inde  
 Mœnibus incingunt vrbes, tua munera Pallas.

Tertia æ-  
 tas, cū defi-  
 erunt sub  
 diuo age-  
 re, aut in  
 speluncis.

Natæ artes  
 bonæ, sed  
 bonas ma-  
 læ secutæ.

Coniugiū

Rudimen-  
 ta archite-  
 cturæ.

Nunc



PALMERII SILVA

Nunc pudet aut molles sub diuo carpere somnos,  
 Aut dorso nemoris vigilem iacuisse per herbas:  
 Sed muros vallare, & caelo attollere turres,  
 Ponere & obducto surgentes aere columnas  
 Mens est, & validas armare in praelia cornos.  
 Ac stabula byberno à ventis opponere soli:  
 Ne, quod saepe solet, pecudes ex agmine raptæ  
 Pabula viua feris præberent dentibus haustæ:  
 Et ne Rhiphæi pennis quaterentur ab Euri.  
 Mox tellus dedit, æternæ qui frangere primus  
 Naturæ cuperet portarum claustra: nec illum,  
 Quod stygijs Deus, heu, causas admouerit umbræ;  
 Nec, quod fata breui claudantur sine senectæ,  
 Terruit, alti quin extra procederet orbis  
 Mœnia: & æthereum caelo subduceret ignem,  
 Ignem, quo discussæ umbræ, & lux reddita menti est.  
 Ille equidem longos meditando condere soles  
 Pergit: nec seræ meminit decedere nocti,  
 Aut miser in dulcem declinat lumina somnum.  
 Sæpe etiam lasso species in pectore mille  
 Vertuntur: tum sæpe relinquit nocte quietem  
 Excitatus: & nunc multa animum, nunc consulit aures,  
 Diuidit huc, illuc curas: totamq; pererrat  
 Naturam rerum, versatq; per omnia mentem.  
 Post alios, & post alios producit in auras,  
 Quos iuuet ad seros fama migrare nepotes:  
 Pauca quibus tenebræ claudant, quis credere possit?  
 Sub pedibus quæcunque homini per inane geruntur,  
 Quæq; supra caput æthereis cernuntur in oris,  
 Ingenio claudunt: nec segne per otia tempus  
 Effluxisse sinunt. seram fert luna quietem,  
 Si fert; mordacesq; sedent in pectore curæ.  
 Tunc ferrum infesto cæpit splendescere ab igni:  
 Tunc & sub duris crepitare incudibus era.  
 Era dedit tellus, quod itum est in viscera terra?  
 An quod Vulcani siluas exederat ardor  
 Ab radicibus: & matrem percoxerat igni  
 Tellurem, ut ferri venis manaret & æris  
 Riuius, & tanquam flueret fornace remissus.  
 Nam, nisi vana fides, ventis discordibus ignis  
 Robora comprehendit: terraq; elapsus in altum  
 Ingentem caelo sonitum dedu: imaq; summis  
 Vertit: & ab volucrum oppressit sobolemque laresque.  
 Primum vnam terræ pinum dat: at inde securus  
 Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat:  
 Et totum inuoluit flammis nemus. inuia languunt  
 Siluicole sua lustra, fuga vndiq; & vndiq; terror.  
 Deest iam terra fugæ: atq; omnis confidit in ignes  
 Ex imo silua: ac flammis non ante volutus  
 Ad caelum exundat vortex. Notus adiuuat iram  
 Cum Borea: atq; acres glomerant incendia venti.  
 Sic ardor terræ calefacta per ossa cucurrit  
 Diditus, atq; illam sua fundere dona coegit.  
 Quæ tum homines (illis animû Deus vltro ministrat)  
 In variam formam ac faciem decurrere rerum  
 Iusserunt: ferro seu leuia radere tigna;  
 Seu vellent conferre manus, seu vertere terram.  
 Ergo fabrorum tunfis incudibus ictus  
 Auditi referunt gemitum, dum forcipe massam  
 Versant, & summa in numerum vi brachia tollunt:

Doctrinæ  
liberales e-  
merferunt.

Promethe-  
us.

Promethei  
aquila.

Multi alij  
viri docti  
ata tem  
Promethei  
secuti.

Metalla p-  
dierunt: at  
que inde  
fabri.

Lucretius  
lib. 5.

Nec pridem inuentis taurinis follibus auras  
 Accipiunt, redduntque, data ut grauis æstus ab aura  
 Ne quicquam furat, & fornacibus ignis anhelet.  
 Quid non longa dies nigra sub nocte sepultum  
 In lucem profert? aut quæ via clausa tenebris  
 Non adeunda hominum ingenijs latet, ut semel acres  
 Subiecit virtus stimulos? tenuissima fabri  
 Nucronum aut aere, aut ferro fastigia ducunt.  
 Parua loquor: torques, qui lumina fallere possunt,  
 Elimant, tanquam si tendat aranea telas.  
 Addunt ut facili tactu momenta sequantur,  
 Et medium curua in sese rota torqueat axem.  
 Præterea naturæ animat manus amula saxum:  
 Et simulat veris auro spirantia signa.  
 Iam videt in fragili sua Iupiter æthera vitro:  
 Iam manus in parua magnam nuce claudit Homeri  
 Iliada: & totas obscurat musca quadrigas.  
 Iam videas taurum vaccæ admugire Myronis:  
 Atq; equus in tabula spumas mentitur, & ira  
 Collectum patulis voluit sub naribus ignem:  
 Cura prope deceptæ casus se miscuit arti:  
 Primitiæ mundi, & simplex sine veste vetustas,  
 Tuq; ô barbaries victu letata ferarum,  
 Quò nunc ille abiit vestris in moribus horror?  
 Cum gens seu saxo, seu duro robore nata,  
 Quis neq; mos, neq; cultus erat: nec ponere tecta,  
 Nec componere opes norant, aut parta tenere:  
 Sed siluæ atq; asper cultu venatus alebat.  
 Quas nunc ille Patrum celsus delatus in oras,  
 Dij quantus squalor: quæ sese in Tartara misit?  
 Scilicet extremam in Scythiam, quæ tarda silet nox  
 Semper, & occulto densantur sole tenebræ:  
 Quæ Nereus tergo ferratos sustinet axes:  
 Non campo surgunt herbæ, non arbore frondes:  
 At cumuli surgunt niuis, & se montibus æquant.  
 Aut huc, quæ Phæbus ponit discrimina mundo,  
 Et iacit hinc, illinc utramq; in Thetida flammæ:  
 Indi solis vbi misso pinguntur ab igni,  
 Indi quos dulcis sequitur probitasq; decusq;  
 Addunt se comites pietas, paxq; aurea: it vna  
 Simplicitasq; boniq; parens placidissima amoris.  
 Heu tantum licuisse hosti in tua viscera, postquam  
 Implesti fama Europam, non ante reperta  
 Tellus, quàm Liguris peteret te cura Columbi.  
 At iam nostræ Pales etiam sine sorde, sine villo  
 Incultu ac squalore pedem fert leta per agros:  
 Et rus ille nitor morum migravit ab vrbe.  
 Cæperat ut sulcis frumenti quæreret herbam,  
 Atq; sua truncos opera sentire valentes  
 Poma doceret: at inde artes se vertit in omnes  
 Rusticus: & curam venientem extendit in annum,  
 Nec mora, nec requies: aut credit a femina versi  
 Accipiunt sulci, aut messis venit annua cura.  
 Præterea fossis oleas, multoq; fluentes  
 Supponit Baccho vites. iam primus ad auras  
 Palmes egit sese, cultoris ab arte vocatus.  
 Nec curat fructus, (quamuis) sed ut omnis ad vnguë  
 Arboribus positus secto via limite quadret:  
 Atq; animum in speciem pascit per ducta sub auras  
 Vineæ, & in vacuum possunt se spargere rami.

Sphæra Ar-  
chimedis.  
Quadrigæ  
Myrmeci-  
dis.  
Bucula  
Myronis.  
Nomen ar-  
tifici non  
reddidit Va-  
lerius Ma-  
ximus.

Lappi, & vi-  
cinæ gætes  
quædã ad  
septentrio-  
nes antiq;  
morum ac  
cultus sim-  
plicitatem  
retinent.  
In nouo or-  
be, non ita  
pridem re-  
perto, anti-  
quitatis illa  
vestigia hæ-  
serunt.  
Immodicè  
in Indos se-  
uitum.

Agricultu-  
ræ ipsi ho-  
nos accel-  
sit.

Mox

Mox & fœderibus dulces confundere succos  
 Institit, ac mistos ramis inducere flores:  
 Ut sublimis equi taro miscetur a fello  
 Ardor, & exitio generis cadit ultimus hæres.  
 Ergo ascita sua pirus eripit arma sorori.  
 Et nomen gaudet pomus mutare salignis  
 Scipitibus, sorbumq; suo distendere succo:  
 Pinguis & affines frondes oleaster adoptat:  
 Persuadet moris ficus mutare colorem:  
 Altera & alterius genus inserit arboris arbor  
 Scirpibus, ut frondes miretur, & haud sua poma,  
 Postquam lato ab humo se ad sidera sustulit auctu  
 Tum scrobibus mandant effossa cydonia siluis,  
 Ceteraque, ut durum mutant cum matre saporem.  
 Et quas non artes hominum ex se prompsit in auras  
 Ingenium: vel quas naturæ accedere partes  
 Ignauus vetuit circum præcordia sanguis?  
 Omnia obiuerunt animis & fortibus ausis:  
 Felices, rate si nullus mare nauta secasset.  
 Ille quidem hoc vellet fluctus cum ad sidera tollit  
 Æolus: & longe scopulis illisa reclamant  
 Æquora, dii quantum ignavis factura timorem.  
 Illi sub terris veniant mala multa, cui autem?  
 Qui primus struxit volitantem flamine currum,  
 Atq; iter inuito fecit per cœrula Nereo:  
 Illum funesta vexetis Erinyes: illi  
 Eternas Tyri inter aues sua pœna vagetur,  
 Qui primus stellis numeros & nomina fecit  
 Nautica, & ostriferi fauces tentauit Abydi:  
 Tentauit nostro atque alio sub sole iacentes  
 Terras, & cursurudia imbuit æquora ponti.  
 Quid facis? ah, reuoca cursu te ad littora: redde  
 Te tetra: diuos, & non tua regna lacebis.  
 Ventorum est quodcunque paras. vix ulla carina  
 Consenuit, quin ipse rates Aquilonibus arceat  
 Neptunus, seuus ventis: & turbida cursum  
 Luna negat cum fratre, & fratres, ac mox super ingens  
 Porta tonat cœli, perges contendere cœlo?  
 Pergis: nec caussas differs contexere leti,  
 Infelix, etiam quid cogitet Auster, & Euris,  
 Exploras, ipsis Austris rapiendus & Euris.  
 Sic primum in summum argentum successit honorem:  
 Et prius abiectum è contemptibus exijt aurum.  
 Ex illo fluere, & retro sublapsa referri  
 Omnia: donec in hæc se tempora protulit atas.  
 Namque aurum postquam virtuti dempsit honorem,  
 Continuo impietas, eheu, dare terga coegit  
 Spemque metumq; Deum: & terram Ioue nata reliquit.  
 Nil iam hominū reuocat mentes, quibus excidit omnis  
 Relligio, atque omnis decessit pectore virtus.  
 Tum sese magno tumefacta superbia fastu  
 Intulit in terram, atque Erebi caput extulit vmbriis.  
 Tum mollire animos, & fractos soluere sensus  
 Luxuries cepit, linguamque & neetere crura.  
 Cœpit auarities furto distendere saccos:  
 Cœpit cognatas furor in se vertere dextras.  
 Virgo suum falso traxit candore maritum:  
 Sepe suo turpem passa est mala corpore mæchum,  
 Casta prius, nulloque animum labefacta ab amore.  
 Iam studium est scortis vulgò conquirere amantes,

Nauigatio  
 nis initiū.

Mercatura  
 pretiū fecit  
 auto.

Nauigatio,  
 & è nauiga  
 tione mer  
 catura: è  
 mercatura  
 auri atque  
 argenti æ  
 stimatio vi  
 tijs imple  
 uerunt ter  
 rarum or  
 bem.

Natura quo decus mercato pendere luxu.  
 Et niueum Eois pectus variare lapillis.  
 Nulli iam victum, vel præbet silua latebras:  
 Nec modo fundit humo facile iniustissima victum  
 Tellus: sed nec rure dapes dat solus inemptas  
 Hortulus, ut nullos addat Neptunus honores.  
 Fabrorum ex amplis tectis lux suscit at arma:  
 Ipsosque è magnis laribus rus mittit in vrbes  
 Agricolas: vrbes oneratos terga remittunt.  
 At quibus arrisit vultu fortuna benigno,  
 Virgatis lucent sagulis, si resq; genusque  
 Suaferit, aut animus, raro inferiora secutus.  
 Huius permulsa domus iucundo ridet odore:  
 Candet ebur solijs: mensis sua pocula lucent  
 Ex auro solida, aut si quid præstantius auro.  
 Tota domus Cerere, & Baccho, gaudetq; Minerva.  
 Vellera mutantur Tyrios incocta rubores  
 Impenso: & tenues, bombycis viscera, tela.  
 Venimus ad summum: nihile est quod crastinus addat  
 Sol, nisi si solio tendas depellere diuos.  
 Ergo Deus terræ mittit stragemque luemque:  
 Et seuis addit morbis bellumque famemque.  
 Primum frumentis labor additus, inuida calmos  
 Ut rubigo ederet, Phœbi, siue igne sororis:  
 Tum tribuli, fruges tum carduus inter, & inter  
 Herbas horreret, non his, non vilis illis.  
 In riguis pater, & luxu ridentibus aruis  
 Lappas ac steriles dominari iussit auenas.  
 Si tibi non agros iterumque, iterumque nouarint  
 Rastra, nec, ut res est, ibit labor actus in orbem,  
 Scilicet antiquam ad vitam te silua vocabit:  
 Decussusque cibum dabit ab Iouis ilice fructus.  
 Sæpe etiam, nempe ira Dei quando vrget ab alto,  
 Omnia si facias dextraque adiutus, & arte,  
 Expectata seges vacuis eludet aristis.  
 Cum benè condideris, & spe tua magna voraris  
 Commoda, curgullio farris populatur aceruos  
 Impune, atque inopi metuit formica senecta.  
 Sæpe hyemi negat autumnus decedere, veri,  
 Sæpe gelu, sæpe est alienis mensibus æstas:  
 Atque ita nulla animos tollunt sata, gramina nulla  
 Inteneras audent tuto se credere frondes.  
 Et quoties tandem victum seges ægra negauit  
 Humano generi, exitium splendentibus astris?  
 Acre malum, fateor: sed morbis addere morbos,  
 Is dolor est homini duro ex Acheronte creatus.  
 Hi facerent, leti toties in limine mortem  
 Orare, & mæstis arcessere vocibus Orcum  
 Causa esset nulli: ac dextra finire dolores:  
 Non cuiquam vlcerebus vocis via septa coiret:  
 Non animi interpres manaret lingua cruore:  
 Non pectus vis per fauces immissa repletet  
 Morbida: nec cum se venis diffuderit ardor,  
 Spiritus ore foras tetrum aspernandus odorem  
 Volueret: aut miseros sacer ignis adureret artus:  
 Non turpes papule, non turpis olentia sudor  
 Membra sequeretur: non riuus naribus iret  
 Sanguinis, & stygijs animam submergeret vndis:  
 Nec quosdam morbo caperent obliuia rerum  
 Cunctarum: nullos quaterent aut frigore tussis,

Secuta Dei  
 ira: quitres  
 clades ho  
 minib. im  
 misit, fa  
 mem, mor  
 bos, bellū.

Deus agri  
 colas diris  
 persecutus

Fames.

Morbi.

Aut

## PALMERII SILVA

Aut febres astate: gradum non agra senectus  
 Infirmum traheret, nec duceret illa: semper  
 Integro solida starent in corpore vires.  
 Quid? cum tempestas Autumnii incanduit aestu  
 Pestilentia Morborum, ut saevo cumuletur funere funus:  
 Scuit & in lucem infernis immissa tenebris  
 Tiphone: currum morbos agit ante, metumque,  
 Horribiles visu formas, luctumque, famemque,  
 Omnia quae primis stabulantur faucibus Orci:  
 Successuque avidum gaudens caput altius effert.  
 Deletis liberis super exanimata parentum  
 Corpora, vel patribus natos super edere vitam  
 Cernas, quae gressu in festo sese intulit agris:  
 Et rus, & viduas exhaurit ciuibus vrbes:  
 Quando per incautum serpent contagia vulgus:  
 Et quibus in captos sacra pestis abiuerit artus,  
 Vel prius, heu, nona vel reddant lampade vitam  
 Solis: dum mustat gelido medicina timore.  
 Nam quod saepe alijs caeli dat templa tueri,  
 Si sumam, fors an vitae mihi claustra resoluat:  
 Ut taceam, ars quod clade manus dat victa Chyronis:  
 Et Iouis imperio morti sua iura remittit.  
 Non sat erat, nisi signum etiam Bellona tonaret  
 Cedis, & una dies hominum detruderet Orco  
 Bellum. Millia multa, truci versa in sua viscera ferro.  
 Nam simul Aleto Dirarum ab sede sororum  
 Excita, infauisto superum pede contigit orbem,  
 Arma manu ciues poscunt, arma, arma inuentus,  
 Arma fremit: mox bello cruor imbuit arma.  
 Illa potest geminos armare in praelia fratres:  
 Illa odijs versare domos, & crimina belli  
 Cudere: mille dolos, mille ex se promere fraudes.  
 Nec mora, Saturni falces curuantur in enses:  
 Et bello Gericos taxi torquentur in arcus.  
 Hinc pelago, hinc terra dubijs Mars errat in armis:  
 Vel mare, vel caesis pinguntur ab osibus agri.  
 Ab illi solido stabat de marmore pectus,  
 Illi erat & triplex circum praecordia ferrum:  
 Si quicquam dedit, aut tygris dedit vbera, saeva  
 Aut vrsa, aut saeva si quicquam sauius vrsa,  
 Qui primus gessit collato praelia Marte:  
 Cui nec pendentes animum circum oscula nati  
 Flexerunt: quem nec pietasque fidesque repressit:  
 Nec: sed Musa redi: metam breuiore petemus  
 Cursu: atque adductas retro tendemus habenas.  
 Postquam bellorum fluctus miscere repertum est,  
 Mille ac mille virum sudant, luctata per arctum  
 Ambitionis iter, summo succedere honori.  
 Quare sub leges victos cecidisse tyranni  
 Res monet: atque iugum domita ceruice subisse.  
 Mox iterum ad faecem rerum omnis summa redibat:  
 Nec cuiquam pede sat stabili fortuna manebat:  
 Cum velut e summo funesta in Tartara fulmen  
 Deiceret reges: regni que in signe corona  
 Sub pedibus vulgi amissum lugeret honorem:  
 Priscaque maiestas soliorum euerisa iaceret.  
 Tunc arces primum infestum Mars vertit in ignem:  
 Tunc sit praeda pecus: pereunt cum nomine gentes:  
 Subuersaeque ruunt vrbes, dubiaeque minantur.  
 Colonia deducenda Tunc veteres iussit victor migrare colonos:

Accepit que nouos deducta colonia ciues.  
 Nam si quae populo tellus alimenta negaret,  
 Antiquis victos laribus decedere, & agros  
 Cogebant sibi cum tectis transmittere habendos:  
 Aut noua ponebant vrbis fundamina, iusso  
 Cementis ad caelum & saxis surgere muro.  
 Primum iuncta suo cum coniuge vacca subibat  
 Aratrum: magnum muris crescentibus omen:  
 Ut Lucina suis successibus impleat vrbem:  
 Nec, quod sepe, Venus aruis exerceat arma  
 Nil profecturis, ac fallat vota parentum.  
 Tum nouus aratro tellurem dente ruebat  
 Vomis: & impresso signabat mœnia sulco.  
 Namque aeris iam tum tempus patefecerat vsus,  
 Cum clausum tegerent montes sine nomine ferrum.  
 Ere solum terrae findebant: ere serebant  
 Vulnera, quando manus Mars iunctus ad arma vocabat:  
 Donec in opprobrium ferro falx aenea cessit.  
 At tamen antiqui haeserunt vestigia moris.  
 Sic quod longa duci ad talos demissa pependit  
 Vestis, qui presso scindebat vomere terram,  
 Vsum hunc annorum longus seruauerat ordo:  
 Atque ita mos fuerat soceris se ferre Sabinis.  
 At qui signabat primo molimine fossam,  
 Solis ad occasum, solis ducebat ab ortu:  
 Solis ab occasu, solis vertebat ad ortum.  
 Qui portas habiturus erat locus, omnis aratro  
 Intactus mansit, neque vulnere saucius villo:  
 Sed ferrum summo vestigia puluere pressit:  
 Fallor? an ut gressus illac inferre liceret?  
 Cum sua religio tueretur mœnia, nulli  
 Salu victa, ut non lueret quoque sanguine culpam.  
 Post ubi tollere humo, caeloque ostendere turre  
 Incipiebat, & vrbs iunctis crebrescere tectis,  
 Vos patrij, vos, quorum essent in numine, diui,  
 Sueti humiles adhibere preces in vota vocabant.  
 Vos omnem salua pestem depellere ab vrbe,  
 Nec fas esse pedes hostem intra mœnia ferre,  
 Si non ante sua migrassent sede penates,  
 Credebant. id religio laudabat auorum.  
 Vos quoque cura Lares tectis praefecit auorum:  
 Et castas sanxit seruare arasque focosque.  
 Vobis ferre preces: vobis suspendere bullam:  
 A vobis dubijs rebus sperare salutem:  
 Et pacem vino, vel poscere thure solebant.  
 Post fuit, ut sanctis fundarent legibus vrbem.  
 Scilicet, ut (quae sola tenebant vincula ciues)  
 Pena sequeretur fontes, & praemia iustos.  
 His sine perpetuus tota Mars seuiat vrbe:  
 His sine non somno cura, non luce relinquunt:  
 Non sic in hanc, illam quisquam qui dormiat aurem:  
 Sed semper ferri pauidos circumstrepit horror.  
 Ipsa solum virtus mutet, nisi legibus instes:  
 Et quatiat commota faces discordia, donec  
 Alter in alterius deponat sanguine vitam.  
 Ut quando cursu sese effudere quadrigae,  
 Ne quicquam aurigae manibus retinacula tendunt:  
 Ipsi se saltu ignipedes super auia mittunt:  
 Effunduntque duces, rapiuntque in deuia currum:  
 Haud aliter calidos in se discordia ciues  
 (?) (?) (?) (?) Armet,

initium, &  
ritus.

Penates.

Si vrbs ef-  
set in pote-  
statem ho-  
stium ven-  
tura, Pena-  
tes, ac dij  
tutelares e-  
migrabāt:  
& qui vrbe  
obsidione  
premebāt,  
ferē eos e-  
uocabant.  
Seruius.  
Lares.  
Politia.

I A N. M E L L E R I

Armet, pulsa foro si fas, & iura recedant.  
 Qui ius in manibus gestent, & viuere raptio  
 Tentent, quantumuis magna se ab origine iactent,  
 Altera non videant surgentia cornua lune.  
 VS QVE ADEO casu ius & concordia eodem  
 Scantq; caduntq;: nec est cur altera commoda speres,  
 Veraque ni teneas, vincolo sociata iugali.  
 Accessit caeli metus, & reuerentia diuum:  
 Quae postquam semel ararum compleuerat orbem,  
 Mox alia, atque alia vulgavit numina terris:  
 Ut tandem saedē ante oculos oppressa iaceret  
 Vita hominum: nec ferre caput, nec mittere contra  
 Auderet vocem, tantum dabat arctā timoris  
 Relligio: quae sese à caeli parte suprema  
 Ostendebat, & in mentes illapsa fluebat.  
 Nullam vnquam Phœbus, qui terras lumine lustrat,  
 Aspexit gentem, cuius non vlla sederet  
 Relligio menti: quae libera lumina caelo  
 Tolleret, & longè rideret tela Cyclopum.  
 Hinc natum est, diuum genibus se aduoluere ad aras:  
 Velatum verti ad lapidem: tum sanguine multo  
 Spargere quadrupedum, diuis ridentibus, aras:  
 Et se sternere humi prostratum: ac pandere palmas  
 Ante Deum delubra: ac votis necere vota.  
 Quantos tum gemitus ipsi sibi, vulnera quanta:  
 Quas lacrymas seris peperere nepotibus? eheu,  
 Omnia complebant mortis nigrore: solutam  
 Nemo metu caeli seruabat ad omnia mentem:  
 Nemo foras miseri strepitus Acherontis agebat.  
 Fulmine deiecti fundo Titania pubes,  
 Ab genus antiquum terrae voluuntur Auerni.  
 At Tityo porrecta nouem per iugera corpus  
 Tenditur, eternoq; habitat sub pectore vultur.  
 Tiphbone multo pallam suffusa rubore,  
 Vestibulum inferni seruat noctesq; diesque.  
 Quinquaginta suis immanis hiatus hydra  
 Intus habet sedem, & supra caput imminet vmbra.  
 Quae quanquam nullis peperit rationibus error,  
 Suaserunt animo fines transcendere iuris  
 Nolle: nec à recta ferri ratione per iram:  
 Quando ad Plutonem sequeretur pœna nocentes:  
 Nec Stygis iniustos in morte relinqueret horror.  
 Si quisquam leges fixit pretio atque refixit:  
 Si thalamum inuasit natæ: si vendidit auro  
 Sequē, suosq; omnes: si est impia castra secutus:  
 Si non est veritus dominorum fallere dexteras:  
 Si quibus innocuo fraus est innexa clienti,  
 Inclusi expectant pœnam, quidni impia pulset  
 Corda pauor? retrahatq; animū non sponte sequentem?  
 Hoc bene quod validas æui contemnere vires  
 Numina credebant, hominum neque fata timere,  
 At diuum muris praefecit Græcia matrem:  
 Atque vrbes eius posuit sub numine tutas:  
 Muraliq; caput cinxit festiua corona.  
 Illam vis Phrygiae rapit in desertis leonum:  
 Si memini, vt mediam librari pondere monstrant  
 Tellurem, neque posse in terra sistere terram.  
 Adijciunt geminos domita ceruice leones,  
 Quod quamuis rabie liberis furor arma ministret,  
 Ipsa tamen iubeat collum submittere matri

Relligio.

Cybele.

Naturæ ratio, nec contra ferre parentem  
 Arma: sed officijs animum demittere victos.  
 Quà sese populis medias inuicta per vrbes  
 Infert, Gallorum graditur stipata ceteruis:  
 Quod qui non tenuit saeuus linguamq; manusque,  
 Quin se pollueret violato iure parentis,  
 Hunc stygia exagitent Diræ terraq; marique,  
 Indignum, liberos oras qui in luminis edat.  
 At comites iunctiq; manus, & brachia nexi,  
 Armati in numerum stabant: pernice chorea  
 Amati in numerum pulsabant æribus aræ:  
 Quod ne nefas patriæ commune refellere dextra,  
 Instantemq; vrbi prohibere à mœnibus hostem  
 Præciperent? morremq; pia pro laude pacisci?  
 Salue sancta Deum genitrix: tibi Dyndima cantum  
 Exagitata fremunt: frondes tibi tollit in auras  
 Ida suas: totum vadit tibi fama per orbem.  
 Te sine non vllæ replentur ciuibus vrbes:  
 Te sine non pestem domibus, non mœnibus hostem  
 Arcent: quæsito aut pellunt ieiunia victu.  
 Nunc ad te sublatā venit mea Musa quadrigis,  
 Seu bigis: nec enim mihi donat Apollo quadrigas,  
 Sudermane, tuæ iam nunc spes altera stirpis:  
 Prima, nisi palmam genitor virtute tulisset.  
 Aspicias vt varias ætas protraxerit artes:  
 Atque hominum sor des vitæ deter serit vsus:  
 Vt quæ olim in cæno ante pedes contempta iacebat,  
 Venerit in summum ingenijs sublatā cacumen.  
 Ex illo retro redit ad cunabula mundi:  
 Nec meliora potest deinceps sperare relictis.  
 Nam veluti mulier spatio defessa fatiscit,  
 Atque in se querit vires, quibus ante solebat  
 Pondera ferre vtero, vel nixibus edere partus:  
 Sic vires terræ siue ipsa senectā peredit,  
 Siue ea de caelo nobis venit ira Deorum)  
 Ad scopulos mundus spatio lassatus abiuit:  
 Quæq; dedit quondam tellus ingenia partu  
 Corpora, vix paruos paruis premit artibus artus.  
 Sæpe caput quassans durus suspirat arator,  
 Et dolet incassum sumptos cecidisse labores:  
 Ac cum tempora temporibus, præsentia confert  
 Præteritis, atq; am laudat melioribus annis  
 Vitam, cum angustis tolerarent finibus æuum  
 Non male: nec segetes mundo caeli ira negaret.  
 Ipsæ vrbes etiam alternae surgunt que, caduntq;  
 Et patrum quibus ante inuidit stantibus ætas,  
 Nostra nihil præter seruarunt secula nomen,  
 Si non & nomen cum re tulit horrida secum  
 Tempestas bellorum, ac famæ inimica vetustas,  
 Vnica sese effert virtus super æthera: sine,  
 Vt res cunq; cadet, nullo claudenda senectæ.  
 Hanc pete: cætera da ventis rapienda per auras.  
 Si tibi dii dederint melioribus ire per artes  
 Palladis auspicijs, & famam extendere factis,  
 Omnes supra vrbes quondam tua fama feretur:  
 Quin se tollet humo, ac caput inter nubila condet.  
 Et cum forte suis se infuderit vrbibus æquor:  
 Multas exitio dederit ferrumque, diesque,  
 Ipse hominum viuus post fata per ora volabis:  
 Nilq; manus in te Parcarum iuris habebunt.

Gallas per  
 ludibrium  
 appellat: Ca  
 tullus.

Addam

## PALMERII SYLVA.

*Adam: si tibi non leuis ridebit Apollo,  
Ipsos exitio populos labentibus annis  
Ingenio arcebis, nec longe exempla petantur:  
Qui puerum leuibusq; minis, leniq; timore  
Pellexit, mitem vt peteres per acerba profectum;  
Brunius: atq; nouas aures, sensusq; sequaces  
Imbuit: ac dedit Aonios haurire liquores:  
Is quantas oculis vrbes, quas subijcit arces?  
Quas ne fama quidem ad nostras vnquam attulit au-  
res.*

*Quid? quod nonnullas tanquam reuocauit ab Orco  
In lucem, quibus interitum iam fata parabant?  
Quasdam quas tenebris pridem nox improba texit?  
Atq; aiunt stygias facto ingemuisse sorores:  
Nec passas animo à quoquam sua pensa teneri:*

*Parce Bru-  
nio succen-  
sent.*

*Ac casti veterem Hippolyti reuocasse querelam,  
Cum vitam extinctus Duce indignante recepit.  
Parcite fatales diuæ: nihil ille nec ausus,  
Nec voluit, vestris quo inferret fimbis arma.  
Si vitam dedit; at vitam dedit Æsoni Colchis:  
Nec Iouis, aut Phæbi sensit vel tela, vel arcum.  
At si cuiq; libet sua reddere præmia facto,  
Longa illi seros ducatis stamina in annos.  
Eueniet; mea siquid habent oracula veri:  
Aspice, nam in tortos apices se flamma volutat:  
Quamq; prius maior se fundit, & aëra lambit.  
Hæc satis: olim aderit; si quid pia numina possunt;  
Cum te, qua sacros aperit se callis in hortos,  
Aonas in montes ducam, modo vita manebit:  
Inuidia est! sperabo tamen: nec vota fatiscunt.*

D. ADAMVS VVACHEN-  
DORE, GEORGIO BRAVN  
AGRI PP.



EPIC TAM ciuitatem Gedanensem ad me perlatam esse non dubito, quin ex litteris meis XXII. Iunij datis, cognoueris, nunc verò tuis XIII. Et XX. Iunij scriptis, quibus enarrationem misisti, copiosius respondere volenti, ecce, ingens litterarum fasciculus à D. Doctore Sudermanno adfertur, cui & tuæ XX. Iulij datæ, inuolutæ erant. Ad enarrationem, quod attinet, non possum, quin mihi gaudeam, patriæque nostræ ex animo gratuler, quod talem rerum suarum præconem nacta sit, qui eam à perpetua obliuione asserere, toti que terrarum orbi commendatissimam, notissimamque facere non dubitauerit. Egregium me herculè facinus, nec à quoquã hactenus tentatum. Sed tuo ingenio quid acutius, perspicaciusque esse potest? Qui tam accuratè, tantoque cum iudicio de origine & nomine ciuitatis disseris, eamq; densissima caligine abstrusam, & vix vlli antehac, quoad eius primordia, satis cognitam, ex intimis historiarum visceribus eruis, luculentissimaque enarratione tua omnibus ita conspicuam facis, vt iam toti mûdo possit esse notissima, quo nomine, omnes patriæ nostræ ciues tibi quam deuinctissimos esse, & me quoque tibi quam plurimum debere, ingenuè fateor. Quare, quantum in me erit, operam dabo, vt re quoque ipsa me haud ingratum fuisse, experiaris, &c. Vale.

Ex Musæo nostro Londinensi, ad Tames in flumen. VI.

Augusti, Anno Verbi incarnati,  
M. D. LXXV.

CANTABRIGIA

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

DAVID'S VVACATION

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



## CANTABRIGIA

GVILIELMVS SOONVS GEORGIO

BRVINO S. P. D.



**M**VNVS, quod ex præclara tua supellectile depromptum, politissime vir Bruine, ad me misisti, mihi, ne mentiar, pergratum accidit. Est enim Moscouiæ gentis, quæ Scythia veteribus fuit, elegans, noua, & accurata descriptio. Itaque ea, iam non ad oculos pascendos, sicuti præcipis, vtar, sed multo magis ad animum erudiendum: neque in Musæo solùm collocabo meo, vt tuæ suauitatis mihi memoriam subijciam, sed etiam mentis inuestigatione perpetuo peragrabo. Quod verò me rogas, vt, quæ de Cantabrigia acceperim & cognorim, ea literis mandem, etsi me domesticæ occupationes susceptarum rerum, & iam institutarum valde distentum tenerent, & inopia librorum eorum, quibus ad hanc rem opus est, laborarem, studio tamen tuo honestissimo, negare non potui, quo minus ex occupationibus meis, tantulum temporis eriperem, quod tibi commodarem. Quod eo etiam minus grauatè feci, quo institutrici meæ, hanc saltem tenuem gratiam referrem, vt verentem iam extrema senectute, ex Insula in Continentem trajicere, Oceano præsertim Geusij latrocinij infesto, & verecundantem, iam solito deformiorem in theatrum prodire, manu mea deducere, & in vrbiū clarissimarum, dignissimam quidem illam tali comitatu, confessu collocarem, vnaq; opera, ex inquinatorum noua superstitioe hominum manibus ereptam, tibi homini sanctissimæ Religionis studiosissimo, tuendam & ornandam traderem.

Anno or-  
bis conditi  
4095.

Cantabrigia igitur Academia, primi conditoris sui Catabri, Ducis Hispani nomen, & famam refert. Is enim, imperante Britannis Gurguntio, Belini Regis filio, primus, accersitis Athenis vsque, magnis propositis præmijs Philosophis, domicilium ibi literarum collocavit. Ita hanc omnium bonarum artium sedem, Christi ortum trecentis nonaginta quatuor annis antecessisse, Bedam & Alfridum auctores, sequutus Ioannes Lydgatus, tradidit, & Lanfrancus Richardus Diuifensis, Ioannes Herrifonus, Nicolaus Cadnæus, multiq; alij historiarum suarum monumentis prodiderunt, & temporum ratio ad numeros reuocata comprobatur. Hæc eadem à Granta fluuio præterlabente, & maritimas commoditates excipiente, Saxonum lingua, postea Cairgrant, Grantecestre, & Grantebrige, vocata est. Ex pontificibus verò primus, Academiam comprobavit, & auctoritate sua munivit, Eleutherius, regnante iam tum in Britannia, Lucio. Qui, princeps regum Britannorum, missis Romam Eluano, & Meduino Legatis, ad Christi nomen & cultum, cum subditis sibi populis, aggregatus est. Multas interea clades perpessa, bello primum, quo inter se Diocletianus & Maximinus teterrimi tyranni, conflictati sunt, conflagrata est, reuocataq; ad vitam ab Ostrauo, qui multa studiorum hospitia exædificauit: secundam deinde cladem, à Saxonibus, cum Pelagiana schola coniunctis, accepit, dum eam arcere, & profligare disputationibus suis, Diuini homines Cantabrigenses nituntur. Atque ex hac clade, Vortigero auctore, emerfos, excepit tertia calamitas, quæ Academiam planè excidit, à Pictonibus & Saxonibus, alienis à Christi nomine gentibus, importata. Horum sæuitia, ex vnis Bangorensibus monachis, bis mille trucidati sunt. Cadu valladrus Rex, qui post, abiecto regio splendore, monachorum humilem cultum induit, cum eam ex hac vastitate restituisset, quarto à Cymbris, quos nunc Danos vocant, hominibus superbissimis, ducibus Inguar & Vbba, incensa est. Restitutaq; deinde ab Alphredo primo Anglorum Monarcha, in hunc vsque diem perducta, numerat hospitia studiosorum decem & nouem. Collegia verò quatuordecim, tanta ædificiorum magnificentia, tantisque opibus, vt regia palatia esse dicas, non domicilia studiorum. Scribit aluisse eam suæ ætate, Ioannes Maior, homo Scotus, ad quinq; aut sex etiam millia studiosorum. Vestitus communis omnibus ratio, pileus sacer. Sacrum dico, qui sacerdotum caput ornat: toga ad talos vsque producta, eadem forma, qua sacerdotum. Nulli extra collegia viuunt in ædibus ciuium: perpetuas cum ciuibus rixas, & pugnas habent. Quod maximè perspicitur in certaminibus ludicris, quæ ætate in platæis, clypeis, ictus declinantes, & cæstibus vulnera inferentes, exercent. Periclitandæ virtutis suæ causa noctu egressi clauis prægrauibus, quales Herculeas fuisse dicas, ferro transuerso, quò vim à capite arceant, armatis, rem gerentes, vigilias sæpè cadunt. In platæis ambulantes, decedi sibi de via, non à ciuibus solum, sed etiam à peregrino quouis, nisi dignitate excellat, postulant: vt iam in prouerbij locum venerit, equum Roystonium (est autem pagus Roystonum, vnde Londinum hordeum coctum, equis impositum peruehitur) & magistrum Cantabrigensem, duo esse animalium genera, quæ nemini de via cedant. In petitionibus honorum, grauisimas inter se simultates exercent, nationes Aquilonares & Australes, sicuti Oxonij fieri cõtingit inter Cambros, quos nos Germanica voce, Wätschen, vocamus, & Anglos reliquos, quos illi sua lingua, Saxones vocant. Ianuarium, Februarium & Martium menses, vt noctis tædia fallant, in spectaculis, populo exhibendis, ponunt, tanta elegantia, tanta actionis dignitate, ea vocis & vultus & motus moderatione, ea magnificentia, vt, si Plautus, aut Terentius, aut Seneca reuiuisceret, mirarentur suas ipsi fabulas, maioremque, quam cum inspectante pop. Rom. agerentur, voluptatem, credo, caperent. Euripidem verò, Sophoclem, & Aristophanem, etiam Athenarum suarum tæderet. Magistratus perpetuos habent: Cancellarium, qui hodie est Guilielmus Cecillus Burgleij dynasta, Regius secretorum scriba. Oeconomum, quem magistratum Robertus Comes Leycestris obtinet. Syndicum; hominem ex iuris municipalis scholis eruditum, quod Gilberto Gerardo Procuratori fisci munus obtigit. Mandatarium denique Cancellarij; cuius muneris dignitatè sustinet Ioannes Ithellus Legum Doctor. Neque enim hi magistratus alijs, nisi qui in summa dignitate positi sunt, mandantur, quique auctoritate sua, potentiorum iniuria, Academiam prohibere possunt: Anni verò magistratus sunt: Procancellarius: ad quem omnia referuntur. Procuratores: qui moderatores scholarum, & præfecti vigilum sunt, & curam carnis habent, vt salubris victus sit. Taxatores: qui annonæ præsumt. Scrutatores denique, qui suffragia in Curia colligunt. Prælectoribus: qui extra ordinem Theologiam, Ius ciuile, Medicinam, Hebraicas, Græcas litteras docent, singulis est constituta merces centum & quadraginta aureorum salarium, in annos singulos. Viatores, qui Pedelli, vulgò vocantur, omnes nobilitatis titulo ornantur, excepto vno, qui Procancellarij stator est. Quid quæris? Qui Lutetiam primum ad studia ex Insula appulsus fuerim. Qui inde Dolam Sequanorum commigrarim. Qui Dolam relinquens, Brisgoyorum Friburgum me contulerim. Qui hinc Alpius superatis, Antenoris Patauium frequentarim. Qui Louanium, scholam multos annos habuerim, in qua ex superiori loco, multa dixerim. Qui Romæ in confessu Doctissimorum virorum disputauerim. Qui Colonia Agrippinæ docuerim. Qui multa præterea periclitatus fuerim, quantum luscunque his omnibus rebus visis, auditis, lectis, vsu pertractatis, adiudicandus sum, hoc verè affirmare posse videor, huius Reip. Scholasticæ summam dignitatem esse summam amplitudinem. Cum in curiam coguntur Ordines, quod sit, viatore collegia omnia hospitiaque obeunte, & in area altera manu sceptrum inauratum tenente, altera verò caput aperiente, magna voce in certum diem & horam concilium indicente, adesse putes Amplissimæ cuiusuis Reip. prudentissimos Senatores, & grauisimos. Denique in his collegijs iucundissima est, & liberalissima viuendi ratio. Ac si mihi daretur optio, & mea hoc ratio ferret, hanc vitam cuilibet regno anteferrem. Vale, Colonia Agrippinæ,

pridie Pentecostes 1575.


CANTEBRIGIA, o:  
 pulentissimi Anglię Reg-  
 ni, vrbs celeberrimi nomi-  
 nis, ab Academię condi-  
 tore Cantabro, cognomi-  
 nata: A Granta, fluuio  
 vicino, Cairgrant; Sax-  
 onib. Graunteces frę, et  
 Grantebrige, iam olim  
 nuncupata.

HOSPITIA ARCIATAR	HOSPITIA FORIATAR
1. Reges Hall	11. Quins Inn
2. Michael house	12. Pauls Inn
3. Phiswick ofsell	13. Clemens of fell
4. Gregore of fell	14. Trinitie of fell
5. Garret of fell	15. S. Nicholas of fell
6. S. Marie of fell	16. Burden of fell
7. S. Austines of fell	17. Domus Prithagore
8. Bernarde of fell	18. D. S. Bude
9. S. Thomas of fell	19. Crata ferrea vbi olim pons Cante- ber a Cantebro, vnde Cantebrygia.
10. Butolph of fell	





INVENTION DE LA MACHINE A VAPEUR



DE JEAN BAUDEN

# VINDESORIVM CASTRVM.



**V**INDESORIVM, Regium in Anglia castrum, Arturi Regis tempore, prima fundatione constructum putatur, ac deinde ab Edoardo tertio multis adauctum ædificijs: collem situ per amœno, decem & octo miliaribus à Londino, primaria Regni vrbe, occupat. Distat à Tamesi, qua id maximum Angliæ flumen Meridiem, & Septentrionem respicit, CCCCX. passibus. Agrum habet incredibili amœnitate planum, atq; compascuum, adeò quidem, vt oculorum aciem, ad duodecim miliaria, sine impedimento aliquo, extendere facillè possis. In quo venatores ac nobiles viri falconum aucupio, feris indagandis & consequendis, exercentur. Castrum hoc, regia sede, & magnificis regum sepulchris, atque Garetteriorum sodalium cæremonia, celeberrimum est. Hæc autem equestris societas, ab Edoardo tertio, qui à Ioanne Gallorum Rege capto, speciosissimè triumphauit, est instituta. Sunt verò Garetterij equites, bellica virtute, vetustateq; natalium lectissimi duces, qui solenni sacramento adacti, mutua, perpetuaq; amicitia se deuouent, nec ad tuendum Collegij decus, nobili conspiratione quoduis periculum adire, nec subire mortem recusant. Garetterij autem Sodales ob id appellantur, quòd sinistri cruris suram fibulato baltheo vincitam gestent, in memoriam caligariæ fasciolæ, quæ illustri fœminæ, ab Edoardo flagranter adamatæ, dum ea choream saltaret, soluto fortè nodo, deciderat, eamque Rex ipse repenti sustulerat, vt in honorem mulieris, non amatoria vanitate, sed graui, & maximè honesta ratione, insignium procerum tibijs dicaretur. Eius autem Collegij cæremonia, Vindeforiæ quotannis, stato die, Diuo Georgio equitum tutelari dedicato, præsidente Rege, celebratur, mosq; est, vt sodales galeam & scutum, cum gentilitijs insignibus, conspicuo templi loco, suspendant. In hunc ordinem Herculem superiorem Ferrariæ Principem, honoris causa cooptatum ab Henrico septimo fuisse, referunt. Tres præcipuas areas latas, castrum hoc Vindeforium, non sine grata spectantium voluptate, ostentat. Quarum prior nitidissimis ex candido faxo, supernè planis, plumboq; coniectis ædificijs cincta, Garetterijs equitibus hospitia præbet. Habetq; insularem in medio domum, præcelsa turri conspicuam, quam gubernator, præfectusq; castri inhabitat. In ea publica est culina, supellectili, rebusq; culinarijs atq; domesticis instructa, & spatiosum tricliniũ, in quo equites, cõmuni quotidie mensa vtuntur. Ad hanc autem Garetteriam societatem Angliæ Rex ac gubernator, idoneas, pro voluntate sua, personas deligit: quas nobili exparentela, tertio propinquitatis gradu esse oportet, quiq; ob grauiorem ætatem, reiq; familiaris angustias, precibus Deo offerendis, quàm bellicis tumultibus magis habentur idonei. Singulis pensionis annuæ XVIII. libræ, denarij V. assignantur, & vestis. Huius autem tam magnificæ fundationis præcipuum institutum est, vt pro incolumitate Regis, pro foelici administratione regni, quotidianas ad Deum preces fundant. hinc reb. diuinis vacant, & bis quotidie ad sacellum, orationis gratia, conueniunt. Hæc etiam area ad læuam, magnifica structura exornatur, Sacello per augusto, CXXVIII. passus in longitudine, & XVI. in latitudine colligens. In eo, pro Equitum numero, decem & octo subsellia, à temporibus Edoardi tertij parata habentur. Estq; adicula hæc sacra, magnificis Regum monumentis decorata, Edoardi III. Henrici VI. & VIII. Eiusque coniugis Reginæ Ioannæ. Sacellum hoc regia liberalitate dotatum 2000. libras annuatim habet, qui quidem prouentus Edoardi III. Et Henrici VII. Regum munificentia, plurimum sunt adaucti.

Altera, editiore in loco Arcis Vindeforij, Area, validissimis cincta muris, turri, & magnificis ædificijs clara, vetus quondam Castrum fuit. De quo hunc in modum veterum annales: Anno Domini 1359. Rex Edoardus incipit nouum ædificiũ in Castello de Vindefore, vbi natus fuerat: ob quam causam illum locum amplioribus ædificijs, & splendidioribus decorare præ cæteris procurauit. In hac castri regione, Ioannes Gallie Rex, & Dauid Rex Scotie, de quibus vno eodemq; tempore Edoardus tertius magnificè triumphauit, tenebantur captiui. Quorum consilio, ob iucundam loci amœnitatem, & sumptibus, ob sui redemptionem, hoc castrum in eam magnificentiam paulatim excreuit, vt non arx, sed iustæ magnitudinis, & humanis præsidijs inexpugnabile oppidum, videatur. Et hæc quidem castri regio, solius Scotiæ regis, vnica excepta turri, sumptibus constructa est, quam, quia V Vinchestoriæ Episcopus, sodalitijs equestris prælatus, condidit, V Vinchestriæ turrim, appellant. Hæc gradus habet C. ea opificum industria perfectos, vt facillè equis ascensum præbeant. CL. passus in ambitu continet. In ea omne armorum genus, ad arcis defensionem necessarium, asseruatur.

Tertia demum celeberrimi Vindeforij regio longè amplissima, captiui Gallorum Regis impensarum sumptibus ædificata, vt editiore situ, ita elegantia atq; nitore priores longè superat. Ea CXXXVIII. passuum longitudine, & XCVII. passibus in latum protenditur. In medio fontem limpidiſſimæ aquæ, per occultos terre meatus, quatuor miliarium spatio, maximis sumptibus deductum, ostentat. Sumptuosissimis in superædificijs clausæ, qua orientem spectat, regiæ nobilitati tecta præbet. Meridiem versus Sphæristerium habet, aulicæ recreationi destinatum. Septentrionale verò latus, domus regia, magnificis cœnaculis, aulis, & hypocaustis, priuatoq; sacello, decenter ornatur. In eo quoq; amplissima illa cœnatio conspicitur, LXVIII. passus longa, lata verò XXX. In qua solenni & peringenti sacrorum pœpa, annuam S. Georgij tutelaris Diui memoriæ, Garetterij equites celebrant. Inde CCCLXXX. passus in longum, septem verò in latum ambulatio colligens, incredibili venustate se offert, fulcimentis ligneis vndequaq; conſepta, qua nobilibus magnificisq; viris sustentacula præbet, vt inde venationes, & falconum aucupia, in area admodum laxa conspiciant. Nam prata ac pasua, vario herbarum ac florũ genere vestita, perenni viriditate, collib. ad castrum vsq; leniter intumescunt, deinde in libratam planitiem, maxima spectantium voluptate, sese extendunt. Hæc ex multis alijs, quæ D. Emmanuelis Demetrii, & D. Georgij Hofnagelij præstantissimo. rum lectissimorumq; virorum opera, conscripta habuimus, pro capacitate paginæ paucis delibauimus. Cæterũ si quis plura de inclita hac Angliæ Arce, de Garetteriorum equitum origine, instituto, ac vita scire desiderat, is Angliæ descriptores consulat. Hæc autem, quæ laconica breuitate pro vnus tantũ pagellæ, & loci ratione paucis perscripsimus, accuratissimus arcis, ipsiusq; vrbs Oxoniensis depictor D. Georgius Hofnagel, ciuis Anuerpianus, perhumaniter nobis exhibuit.

## OXONIVM vvlgò OXENFORD.



**O**XONIVM, Bello situm, ob loci amœnitatem olim dicta, ad septentrionalem Tamesis ripam ciuitas, ab Anglis Oxenford, à nostratibus Rhydychen, id est, boum vadum; Latinis verò Oxoniũ dicitur: sed, quod nomen antiquitus habuit, penitus ignoratur. Alij tamen Caer Vortigeru, & ab eo conditum (quibus ego non accedo) affirmant. Nam Gildas scribit, eam ciuitatem ædificatam fuisse in Occidentali insulæ parte: & ego credo, in regione Cambriæ, quæ nunc ab eo nomen habet, Gurthronion sitam fuisse. Lelandus noster Ouseford, id est, Isidis vadum, dicendum esse mordicus tenet, cui viro, optimè de Britanias merito, & antiquis historijs exercitatisimo, refragari non audeo. nam supra Isidem sitam esse constat, & tempus multa locorum nomina corrupisse in propatulo est. Sed quodcunq; habuit ab initio nomen, pulcherrimum & saluberrimum habet sitũ, regionemq; omnia necessaria affatim ministrantem, bonarũq; literarum celeberrimam scholam, vt omnes, qui alias Europæ Academijs adierint, facillè agnoscunt. Hæc Humfredus Lhuyd, commentario descriptionis Britannicæ. Alij, patrij soli amore, miram eius antiquitatem ambientes, Saxonas Oxonium appellasse ferunt, quod prius Bello situm dicebatur: Alij ex Gual. Monumentensis lib. 1. de Britannorum origine, Oxonium Britannico nomine Caerpenu helgoit appellatum tradunt. Sed has, aliasq; errori propinquas de Oxonij antiquitate sententias, Ioannes Caius lib. 2. de Cantabrigensis vniuersitatis origine, refutat.



OXONIVM nobile Anglię oppidum, Septentrionalem Tamesis ripam elegantissimo atque salubri situ illud fruat.



Depingebat Georg. Hoefnagle.

MERIDIES.

VINDESORIVM celeberrimum Anglię castrum locus amoenissimus: aedificia magnifica: Artificiose Regum sepulchra: Et illius fr̄is Garteriorū equitum Societas memorabile reddunt.

ORIENT.




Winchester tower

OCCIDENS.

Depingebat Georgius Hoefnagle  
SEPTENTRIO.

Cum Privilegio.



## ALHAMA



ALHAMA, haud ignobile Hispaniæ oppidum, septem milliaribus ab amplissima Granatensium vrbe distans, à Mauris constructum certissimis hiltoriarum monumētis perhibetur, à quibus etiam maxima ex parte, ante postremā ipsorum seditionem incolebatur, quos rei frumentariæ negotiatio, & assidua agrorū cultura alebat. Situ tam est amœno, vt agrestibus Afris regnum Granatense quondam tenentibus, optatissimos recessus, regiam quasi sedem & aulam ipsis Maurorum Regibus præbuerit. Eò, quòd varijs, multisque dotibus, hoc oppidum, agrumque vicinum ipsa natura locupletârit, adeò, vt locus ipse, suapte quidem amœnitate & vbertate, voluptati ac gratijs videatur esse dicatus. Etenim, tam fertilitatem soli, quàm altissimas atque præcipites montium rupes, valles atque fontes consideranti, nihil ad oblectationem hoc loci deest. Quas quidem omnes Dei Opt. Max. naturæque dotes, aquarum calidarum vberissimi fontes, infinitis propemodum modis superant. Qui peculiari, & secreto naturæ miraculo, sponte, nullo planè externo Vulcani artificio adhibito, calent, eò, quòd nati in intimis terræ visceribus riuuli (nempe vaporis à circumstante frigore in aquam condensatione, vt Aristoteles lib. I. Meteor. cap. XIII. docet) per occultas cauernulas venasque fluitantes, in loca subterraneis ignibus plena, aut sulphureas in venas incidant, à quibus calefactæ, naturalem secum calorem deferunt. Hæ autem, iuxta Alhamæ oppidum thermæ, vel principem, inter Hispaniæ miracula, locum, optimo sibi iure vendicant. Est quidem varia & præstans in Germania passim thermarū, cum saporis, ponderis, feruoris, tū coloris maximè gratia, conditio. hæc autè aqua limpida, tanto nitore videndi sensui sese offert, vt vel exiguus in fundo numulus, perfacile agnosci queat. Et, nec tepida, nec prorsus feruens, moderato calore est, quem nudum hominis corpus commodissimè ferat. Et quia sapore amaro, aut ingrata aliqua naturæ qualitate infecta non est, etiam pota, ad varias corporis ægrotudines curandas, efficacissima est. Itaque frequens est huius balnei in Hispania vsus, eò, quòd tam benè valentibus, qui voluptatis gratia lauare, cutemque curare cupiunt, oportune deseruiat, quàm ijs etiam præsidij, & medicaminis loco habeatur, qui quocumque morbo laborant. Quotidianis siquidem experimentis probatur, quòd mirifica medendi facultate polleat. Quinetiam singularis artificum industria naturalè hanc balnearum amœnitatem, structuræ elegantia, multum adauxit. Sunt etenim fornicata viuo sectoque ex lapide loca, gradibus peropportune exstructa, quibus calidam in aquam, pro diuersa lauentium voluntate, descenditur. Huius autem balnei, Martio atque Septembri salutaris potissimum vsus, vulgari Hispanorum consuetudine, existimatur. Est & ampla hîc domus, in quam ex vniuersa passim Hispania hospites diuertere solent, quæ vti omnem in stabulis commoditatem equis atq; iumentis, ita cubicula, spondas, lectos, lodices, focum, cæteraque; valetudini recuperandæ necessaria, hospitibus præbet. Iuxta hoc oppidum præcipites arduorum montium rupes videntur, ex quibus riuulus, graui murmure delabitur, qui ex niuosis iuxta Granatâ montibus, tanta frigiditate exoritur, vt inde, El Rio frio, hoc est, Riuulus frigidus, nomen habeat. Thermarum muros alluit, & calidam ex balneis aquâ absorbet. Præcelsæ sunt & asperæ horum montium rupes, & quòd horridiora saxa, magis præcipites, conuulsæque sunt valles, eò ve hementius mirandum, quam mortalium industria, crucis signum, præcipiti montis dorso sit impositum, cum ascensu non modò difficile, sed planè inaccessum sit eius fastigium. Alhamæ hoc oppidum Archiepiscopatu Granatensi subest. templum habet nouum, & artificiosissimâ structurâ nobile, Christianis, deuotionis, pietatisque gratia, ædificatum.

ALHAMA



Cum Privilegio

Camino para Granada

Depingebat Georgius Hoefnagle a. 1564.

Camino de Granada





# ANTEQUERA



**ANTEQUERA**, Oppidum in Hispania Regni Granatensis, admodum memorabile, situ est montoso & inæquali, atq; à Mauris, prima fundatione, constructum, qui validissimis id ipsum muris cingere coeperunt, ea potissimum parte, qua montium dorso sustinetur, qua verò in planitiem se leniter extendit, Christianorum labore ac sumptu perfectum est, & mœnijs defensionis oportunis circumdatum. Castrum habet in montis vertice, Alcañalia, vulgò dictum, vti amplum, atque magnificentum, ita probè munitum. In quo, Mauris hæc loca tenētib; Granatæ Reges vt plurimū, & sæpius, q̄ Granatæ, loco alioqui, læto, ac peramœno, agere solebant. Eò, quòd ætillimus vndiq; ager, videndi sensum, ex hoc castro, tanquā ex specula, quocunq; oculorum aciem conuertas, mirè afficiat. Ad hæc, fontium hîc sit nitidissima aqua lucētium, tanta frequentia, quanta suauissimo riuulorum murmuri concitando, sufficiat, quos varijs in locis hic asperi, & cauernosi montes, gelida aqua fœti, vberri mē e. uomunt, qua Mauri, quotidiano vsu admodum delectantur. Eius castri portæ sunt omnes ferreæ, in quo hoc etiã tempore plurima Maurorum bellica, & castrensia instrumenta asseruantur, veluti lorica, spicula, gladij, scuta, ex pelle & ferro affabrè confecta, quibus vniuersum obtegunt corpus, & hostium tela excipiunt. Squamosa etiam & ossea instrumenta, quibus sinistri brachij anteriorem partem communiunt, ne, dum sagittas sæpius in hostem contorquent, recurrentes arcuum nerui, manicarum plicis impediuntur. Videntur & oblongæ Maurorum hastæ: sagittæ, hamato præcutæ ferro, & arcus ex nobili ligno confecti, quod ob subtilitatem humoris extensum, mira facilitate in priorem situm redit. In quibus summa Maurorum gloria, & spes quasi extrema, dum manus cum hoste conferunt, est reposita. Tanta siquidem arte, vi, atque industria hos arcus contorquent, vt lorica, & ferreum, solis ardore, atq; gestatu calefactum thoracem, sine difficultate sæpè traiciant, ac penetrent. Mos est his amē. ratam gestare hastam, sagittariam thecam, qua iacula circumferunt, quorum etiam aliquot compresso femore tenere solent, scutum, & arcum: & celerrimis, leuiorisque armaturæ equis insidentes, pansis incredibili velocitate lacertis, sagittas tanta frequentia & celeritate in hostes spargunt, atque excutiunt, vt frequenter postremarum acierum, & earum quidem longius disitarum ordinem, telorum quasi grādine frangāt. Quod si Saxonibus, atque Germanis nostris, grauioris armaturæ equitibus, minaci bombardarum fulmine furiosis, cum his tam frequēter, quàm Hispanis in arenam prodeundum esset, aut mitius de equitatu suo sentire, aut fortè sobrius viuere discerēt. Iuxta hoc castrum, vt institutum nostrum prosequamur, homines nobilitate clari, tam loci amœnitate, quàm aëris puritate adducti, domicilia sua habent, latissimam verò subiectam planitiem agricolæ studiosi incolunt, & ij quidem opum affluentia fœlices, quas partim ex agris, partim ex salarij opificio, quod maiori ferè parte exercent, vberri prouentu, consequuntur. Nam in vicinis oppido montibus, plura sunt loca, salinis, naturæ beneficio, oportuna, vbi passim incredibili abundantia candidi salis grumos conspicias, quod quidem non artificiosi ignis adminiculo, vti in Saxonia & Zelandia, maximis sit sumptibus, sed solis ardore, quemadmodum ad urbem Calaritanam in Sardinia, & iuxta Ceruiam in Romanula, siue Romandula, cōcoquitur. Aestiuis enim mensibus, tam fontium, quàm pluuiali in his montibus aqua collecta, vehementi solis ardore concrefcit, ac tādē excoquitur, vnde tantam salis copiam conficiunt, quæ magna ex parte huic Hispaniæ tractui sufficiat. Iisdem etiam in montibus fodinæ sunt inexhaustæ, quibus præstantissimi lapides ad sumptuosissimorum operum & ædificiorum ornamenta idonei, eruuntur, qui latè patenti, & amplissimæ negotiationi occasionem præbent. Quin etiam hi mōtes alterius quoque lapidis fœcunditate præstant, quem, Hiesso, vulgare Hispanorum idioma, nuncupat, ex quo calcem, imò multo præstantius gluten conficiunt, quod vsitato nunc nomine Architecti, Tarras, appellitant, quod muros, & ædificia consolidandi, & confirmandi vim maximam habet. Hoc siquidem lapidis genus, igni concoctum, contusum, per incerniculum cribratum, & aqua deinde maceratum, calcem, & tenacissimum reddit cementum, quod in priorem soliditatem deinde coalescit. Quo estructuras, tanta industria, componunt, & tenacissimas muris incrustationes superinducunt, vt ædificia continuo ex lapide nata, non manu facta, aut composita videantur. Eadem etiam calce, siue potius gypso, glutinatores vtuntur, in obturandis fictilijs & ligneis vasis, quæ condimentis & vario fœta liquore, in Indiam, & has nostras regiones transmittunt. Mirum autem est, quo naturæ miraculo, quasi sopitum in se ignem hic lapis retineat. Quod quidem, cū admirari, quàm scrutari, atque pernoscere multo sit nobis facilius (Differentiæ enim naturarum, non Aristotele tantum, sed & ipsa rerum veritate asserēte, sunt nobis incognitæ.) D. Augustini de eiusmodi lapidibus & calce sententiã adscribere placuit, ex XXI. de Ciuitate Dei lib. ca. 4. In quo, dum venusta narratione, plurima recenset, quorum humano ingenio ratio, non posse dari videtur, etiam de calce, inquit, Intueamur miraculum calcis. Excepto eo, de quo iam satis diximus, quod igne candescat, quo alia terra redduntur, etiam occultissimè ab igne, ignem concipit. Cumque iam gleba tangentibus frigida sit, ignem tam latenter seruat, vt nulli nostro sensui prorsus appareat, sed compertis experimento, etiam dum non apparet, sciatur esse sopitus: propter quod eam calcem viuam dicimus, velut ipse ignis latens, anima sit inuisibilis visibilis corporis. Iam verò quàm mirum est, quod cum extinguitur, tunc accenditur, vt enim occulto igne careat, aqua ei infunditur, aquaue perfunditur, & cum ante sit frigida, inde feruescit, vnde feruentia cuncta frigescūt. Velut expirante ergo illa gleba, discedens ignis, qui latebat, apparet, ac deinde tanquam mortua sic frigida est, vt adiecta vnda, non sit arsuræ, & quam calcem vocabamus viuã, vocemus extinctam. Quid est hoc, quod huic miraculo addi posse videatur? Et tamen additur. Nam si non adhibeat aquam, sed oleum, quod magis fomes est ignis, nulla eius perfusione feruescit. Hæc quidem Augustinus, de viuæ & mortuæ calcis miraculo. Porrò, vt ad oppidum, de quo non nihil sumus digressi, redeamus, Visendæ & suspiciendæ capacitatis vasa fictilia, quorum formam in vrbis icone spectator habet, hoc loci conficiunt, quæ Gasteria, hoc est, ventricosa, cum Dioscoride non ineptè dixeris, ad condenda & asseruanda cibaria, & cuiuscunque generis liquores, aquam, vinum, oleum, capparum, oliuas, &c. quorum vel vnicum modò, ob incredibilem sui capedinem, integræ familiæ domesticæ refocillandæ, toto anno sufficiet. Hæc vulgò, Tenaias, nūcupant. Fauces & cacumina montium, numero, 6. in lamina signatorum, quia asininæ gingiuæ formam præ se ferre videntur, la Bocca del asino, Hispanico idiomate appellantur. Per istorum autem montium valles, publicum & vsitatum iter, Malagam vsque suscipitur, quod antiquum est, & præstans Hispaniæ oppidum, octauo ab Antiquera lapide distans. Hæc ferè omnia à præstantissimo viro D. Georgio Hofnagel, Iconis depictore sic Flandrico idiomate accepimus.



ANTEQUERA.

- 1 Las higueras.
- 2 Camino de Sevilla
- 3 S. Francisco
- 4 S. Pedro
- 5 Las sbratinas
- 6 Boca del agua y camino para malaga
- 7 Iglesia mayor nuestra Señora de gracia
- 8 El obispo
- 9 Casa del cabildo
- 10 S. Sebastian
- 11 S. Antonio
- 12 S. Augustin
- 13 Nuestra Señora de los



Depingebat Georgius  
Hofnagle

ANTIQUERA Hispanie in reg-  
no Granatensi oppidum olim Mau-  
rorum Regia; situ peramoeno; sa-  
lis foecunditate; lapidum fodinis,  
& figulina commendabile





Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and mostly illegible due to fading and the texture of the paper. Some words are difficult to decipher but appear to be arranged in several lines.

## V E G E L



EGEL, exiguum quidem, at situ & opere clarum Hispaniæ Bæticæ oppidum, septimo à Gaditano opp. lapide meridiem versus distans, colli, latissima vndique planicie cincto, incumbit, ita vt inde circumquaq; prospectus pateat, quo vsque oculorum acies extendi potest, tam in lætam laxamque planitiem, locaque compascua, versus solis exortum, quam in Africæ montes, & oram circa meridiem. Tum etiam in vastum & tumultuosum oceanum versus septentrionem prospicitur. Eius incolis piscatus ad communem victum necessaria abunde suppeditat. Non ita procul ab hoc oppido Oceanus angusto freto, Europam ab Africa exiguo interuallo dispescit, quæ quidem angustia vernaculo idiomate Hispanis Estrechio de Iubaltar, communiter autem, Fretum Herculis nuncupata, in Hispania Iubaltar opp. à Mauritaniam opp. Ceuta ter mille P. spatio disterminant. Hinc etiam præcellus Mauritaniam mons Abila, quem nauæ germani, *den Schemänfelberg* nominant, conspicitur, cui in Hispania ad fretum hoc Gaditanum mons Calpe, altitudine cõspicius respondet. De his autem montibus, & Gaditano Freto, præter innumeram scriptorum turbam, hunc in modum Dionysius Alexandrinus, eiusque commentator Eustathius, Mineruæ, rerumq; nouarum cupido suppeditabit.

## V E L I S M A L L A G A



ELIS MALLAGA nitidum Hispaniæ oppidum versus solis exortum, quinto distans lapide à Mallaga opp. & dimidiato milliari à mediterraneo mari, amœnissimis cinctum campis, fructiferisque collibus, in quibus castrum ab Afris aut Mauris quodam ædificatum venustè conspicitur. Agrum habet atque conualles, omnium rerum tam ad vsum, quam voluptatem mortalium fertilem. Ex hortis siquidem opere & arte confitis, generosissimi mirabili abundantia percipiuntur fructus, vtputa poma aurea, granata, limones, citrones, &c. Colles non tam aruis & arationibus, quam vuis passis sunt beati, sic, vt opportunitatem amplissimæ rei vindemiæ præstent, cuius hic summum studium vberimos accolis fructus reddit. Hic etenim vna passæ, tam ea, quæ vulgò passa de Lexia, quam quæ caruleo colore, passa de sol, colliguntur. præstantissimi item liquores, sirupi, generosa & fortia vina, ficus, amigdala, & serica bombicina tela, quæ quidem gratissimæ exteris merces, in remotissimis & varijs Europæ partibus, in maxima sunt admiratione ac pretio. Horum verò montium tam sunt aspera & præcella iuga, vt ex eorum culmine Herculeum fretum, imò Barbariæ ora ac montes, atque ad eò Africæ oppida Ceuta & Tingis, in faucibus Herculei freti sita, commodissimè conspici queant. Diuiduntur hi montes, diuersisque separantur nominibus. Alij la Sierra, alij la Xerquia appellantur. Incredibili pagorum frequentia passim culti, quos soli ferè Mauri, ex postrema profligatione residui, inhabitant, hi Christianæ fidei nomina dederunt, peculiari suo, ex antiqua consuetudine, vtuntur vestitu & lingua, & solum in huius oræ tractu colunt, montes vitibus & fructiferis arboribus conserunt, vicinaque loca tam decenter labore suo exornant, vt spectatu sit valdè iucundum, quorum fructus, annuo prouentu vberes collectos, huius oppidi incolis diuendunt, à quibus exteri deinde mercatores hos coemunt, & onerarijs nauibus, in varias totius Vniuersi partes exportant. Ad maris littus, dimidiato ab hoc oppido milliari, amplissima ex lapide constructa est domus, La Torre de Velis, nuncupata, intus frequenti ædium & habitaculorum commoditate conspicua, in qua & varia sunt loca peropportunè disposita, in quæ omnia, quæ territorium vicinum suppeditat, bona comportata, ante, quam euehantur, vestigal Regi persoluunt. Tum hoc loci, iisdem mercatorum naues onerantur. Hac descriptione sic nos iuuit præstantissimus vir, multoque rerum vsu nitidissime cultus D. Georgius Hoffnagle, qui experientia omnia sic se habere repperit.

VEGEL



Abila mons

BARBERIA

Cabo Spatel: Seu Ampelium Promont

Channa


Strictio de Jubalear: Sive fretum herculis

Cabo de plata

MAR OCEANO

Deping: Georgius Hoefnagle

VELIS MALAGA.



Depingebat Georgius Hoefnagle



CONII

de hinc quod dicitur in... de hinc quod dicitur in... de hinc quod dicitur in...



FRONTIERA

de hinc quod dicitur in... de hinc quod dicitur in... de hinc quod dicitur in... de hinc quod dicitur in...



MALAGA



## CONIL




**C**ONIL, præclarum Hispaniæ oppidulū, sex miliaribus à Gaditano oppido, qua meridiam respicit, distans, primo abest lapide à regia via, qua ad fretum Herculeum, siue stricū de Zibaltar deuenitur. Illustrissimo S. Lucæ Duci, qui & Medina Cidonix, patet. Eius præcipua salus atq; diuitiæ, in captura variorum pisciū, potissimum verò tynnorum, consistunt. Quæ Duci maximo est emolumento, nam ferè centum coronatorum millia annuatim hinc eum colligere asserunt. Locus piscationi bonitate naturæ destinatus, quæadmodum etiã in vicino oppido Cadiz, Almodraua, vulgò dicitur, in quo quæstuosam hanc piscationem à Calèdis Maij, ad decimum quintum Iunij diē exercent. Arx ibidem est, domiciliū Duci præbens, iuxta quã domus est amplissima, La chauca de Ducque cognominata, ex qua pisces minutim dissecti, & sale in vasculis conditi, onerarijs nauibus incredibili copia in Italiã deferuntur, atq; in Mediterraneo mari, ac passim in Galeis totius anni tēpore esui sunt. Earum nauium, quæ quotannis hinc deferunt piscē, statio eo loco est, qui litera C. in lamina notatus videtur. In proximo Cymbarum multitudo ferè semper consistit, quibus retia in mare, dum tynnis insidiantur, deferunt, quæ & apud eum, qui in icone conspicitur, riuulū, dum à piscatione redeunt, vuida explicat, reficiunt, atq; exsiccat. Illud verò quibusdã fortè mirum videbitur, quonã pacto præcelsæ turris, litera E. designatæ, & vulgò, Torre de Attalaya dictæ, adminiculo, in isto piscatu, vtantur. Speculator in ea, dum hi pisces cymbarū atq; lemborū multitudine sectantur, constitutus, longius tynnorū aduentum conspiciens (se ipsos etenim, dum gregatim tranquillo mari, dorso eminentes adnatant, patefaciūt) candido velo dat piscatoribus, signa, vsitata & cognita ipsis indicia, quibus cognoscunt, quousq; ipsis progrediendū, & retia prouehenda, quando item ea in mare sint demittenda. Est & alia noctiluca turris, littera D. insignita. In ea nocturno tempore Turcarum, Maurorum, & aliorum hostium aduentantium explorator agit, qui ignitis, & in vniuerso isto Hispaniæ tractu vsitatis indicijs, speculatores in proximis constitutos excubijs, de hostium aduentu admonet, & hi consequenter alios, vnde vicina deinde oppida, quã minimo tempore, vigilandum, & prospiciendum sibi esse accipiunt.

### XERES DE LA FRONTERA.



**X**ERES, vrbs in clyta in Andalusia Hispaniæ regione sita, duabus miliaribus à celebri nauium statione, amploq; B. Mariæ portu distat, qua consueta Cadiziū vsq; , duarum leucarum nauigatio suscipitur, quæ vulgari lingua, De Bay van Cadiz, hoc est, Caditana nauigatio nuncupatur. Et quia hæc vrbs, omnium primū muris, foueis, & turribus septa, in ista Hispaniæ regione se offert, De la Frontera, quasi Hispaniæ ex hac ora initium, siue etiam terminus dicitur. Magnitudine loci, amplissimoq; murorum ambitu cōspicua. Illustribus natalium splendore, nobilibusq; viris domicilia præbet. Qui celebri, frequentiq; numero eam incolunt, agrumq; vicinum, ex quo peringentes commoditates percipiunt, latissimo spatio occupat. Is ager, vineis & aruis distinctus, omnium frugum, vini, olei & frumenti ferax, adeò, vt quasi perpetuo vere, perenni viriditate vuis decenter ornatus, variaq; segete campi, quouis etiã tempore, supra hominum fidem, luxuriet: laxissima demum prata graminum, & florum viriditate contexta, atq; vestita spectantes reficiant. Ita quidem, vt nulla solis portio otiosa, nullus plane locus, tantum publicis exceptis, inueniatur, quem non aut vitium vbertas, ac varietas, aut ramosæ arbores præstantissimis fructibus graues exornent. Eiusmodi sanè vicini agri conditio est: tanta in eo elegantia, nitor, atq; vbertas conspicitur, vt vix eam referenti fides adhibenda putetur. Quare mirandum minimè est, cum olim, tum hac nostra quoq; ætate, summos, nobilesq; homines in ea potissimum vrbe domicilium sibi delegisse. Inde præclara illa vina, quæ ab Indicis vsque gentibus expetuntur, in inferiorem Germaniam, Galliam, Angliam, Scotiam, Ostlandiam, & in alias totius vniuersi Regiones quotannis exportantur. Inde Anno A. C. N. M. D. LXV. cum graui caritate annonæ Germania Inferior affligeretur, incredibili frumenti copiã, egestate & inediã presis subuentum est. Immensæ etiam altitudinis puteos sub terra, ad rem frumentariam multos in annos conseruandam, in hac vrbe passim nobiles habent, infra quidem latos, angustiores autem supernè, lapidum mole contextos, quos sine peculiari Magistratus consensu aperire non licet. Tantam vini copiã huius vrbis territorium annuo prouentu cultoribus profert, vt sexaginta millia vasa, quorum singula tres amas, sua capacitate absorbent, vix ad hoc vinum conseruandū sufficiant, compertumq; sit quãdoque, vt is doliorū numerus, octuaginta millia excederet. Præstantissimos insuper totius Hispaniæ equos, & maximè pernices hæc regio profert, eos Genettas vulgò nuncupant, quos nobiles mirã industriã informant, eorumq; cursu in hippodromis oblectantur, dum equestres instituūt pugnas, in quibus arundinibus & cannis, hastarum loco, sese mutuo exercent, eum ad modum, quo Mauri hastas torquere, & iacere in hostes solent. Eos ludos, Fuegos de cannas, patriã lingua nuncupant.

CONIL.



CONIL, insigne Hispanie oppi-  
 dum ad fretum Herculeum,  
 quæstiosa, tynnorum piscatio-  
 ne nobile.

XERES DE LA FRONTERA.



antrop  
di. mil  
b. 1771



# LOXA.



**L**OX A, nobile Hispaniæ oppidum, à clarissima Granatēsi vrbe, sexto, plus minus, lapide distans, eo itinere, quod Hispalim ducit, Granatensi episcopatu subest, situ tam amœno ac eleganti excellit, vt vniuersam hanc regionem, hortum, atque pomarium, sum. mâ diligētia cultum, esse dixeris, in quo Opis, & magna deorum mater Tellus, efficacium herbarum ac fructuum cornu plenum, effudisse videatur. Propter perpetuas in eo herbas, flores, segetes, ac gramina, quibus campi magna cum voluptate spectantium vestiuntur, obque virentium arborum frequentiam, quæ præstantissimos fructus, mirâ abundantia quotannis incolis præbent. Vnde hortulani hîc plurimi, & telluris cultores inueniuntur, qui ex ijs, quæ terra ex se fundit, victum quæritant. Et hortos habent, variâ fructuum affluentia, ditissimos, omniq̃ue herbarum genere decenter ornatos, quæ non victui tantum quotidiano, ac esui sunt accommodæ, sed & voluptati, vbi libuerit, morbisque medendis, deseruiunt. Venationibus etiam ferarum, vt plurimum hîc incolæ student, eò q̃ ob mirâ pabuli abundantiam, passim leporum & cuniculorum greges, in patentibus campis, pascuis, atque nemoribus, venantium oculis obuersentur, quibus aut canum sagacitate, aut falconum industriâ, aut denique mustelarum solertiâ, insidiantur. Quas in specus & occulta terræ foramina immittunt, vt cuniculos è cubilibus suis, in apertum fugere cogant, quos deinde eiectos capiunt. Montes, huic oppido vicini, inculti quidem sunt, non tamen saxosi aut horridi, sed quia naturæ clementiâ pabulosi, pecori alendo peropportunè deseruiunt. Quare huc quouis ferè tempore, minoris pecoris greges agere solent, qui in his montibus, magna securitate, non sine ingenti indigenarum lucro, diuagantur. Hinc lanam, hinc vellera, hinc pelles lanatas, annuo prouentu, colligunt, quas ad urbem Granatensem, in qua permulti lanæ artem exercent, deferunt, in qua vsui humano aptatæ, ad varias orbis partes deinde exportantur, in Italicas potissimum, & belgicas vrbes. Et, quia vicinum huic oppido solum, ob naturalem loci clementiam, vt diximus, pabulosum, ac optima est ouium nutritrix, idcirco niuei lactis, ouini casei, sapidissimi butyri, feracissimum est. Hinc indigenæ, & quos grata passim agricultura sustentat, maximo hominum confluxu, hebdomadatim, esculenta sua, ad forum Granatense comportant, vbi ea quam primum, ob incredibilem, in ea vrbe, hominum frequentiam, in promptam conuertunt pecuniam.



LOXA

Depingebat Georgius Hofnagle.

SEPTENTRIO.

OCIDENS.

BIBLAO VVLGO LATINIS

FLAVIO BRIGIA

LIBRO Vltimo, I. Item Flauio Brigia...
capitulum est in Hispania...
Item Flauio Brigia...
capitulum est in Hispania...
Item Flauio Brigia...
capitulum est in Hispania...

# BILBAO, VVLGO, LATINIS FLAVIOBRIGA.

**B**ILBAO, vernaculè, Latinis Flaviobriga, & Flaviogallica olim dicta, vrbs Gantabrorum est in Hispania, celebris, & varijs rebus ad humanæ vitæ sustentationem necessarijs, abundans. Tribus verò in primis affluit, à quibus maximè commendatur: situs videlicet oportunitate, annonæ copia, negotiorumq; & hominum mirabili varietate & multitudine. Sita est enim in loco plano, à mari duobus miliaribus distans. aëre vti temperato, sic valdè salubri. Nam ab ea parte, qua terram respicit, magnis montibus circumdata, nec frigori nimio obnoxia est, nec calore nimio torrida. Ab altera parte, oppidulum habet in ora maritima, Portugalette, vulgò nuncupatum, à quo riuus quidam, maris ingens brachium, non solum in hanc urbem vsq; sed in ipsas etiam domos, influit. Hoc importari atq; exportari paruo negotio, viliq; pretio, varia mercium, aliarumq; rerum genera Indies est videre. Tanta annonæ copia abundat, vt vix in tota Hispania aliud oppidum sit, quod ei hac in re conferri possit. Tritici semper ingentem vim asseruat. quo fit, vt nec inopia, nec fame vnquam laboret. Panem habet singulari excellentia præditum, singulatim id genus, quod incolæ vernaculè, de arregoriaga, aut, pan del fuego, vocant, quem in furno non coquant. Est etenim tam præstanti sapore, vt non sit, cui rectè comparetur. Vini quoq; an vllum genus desideret, non facile est dicere. Nam præter vernaculum & domesticum, tanta aliorum vinorum copia huc aduehitur, vt vltra viginti vinorum genera, quādo cunq; libeat, facillè inuenias. Carnium insigni & copia, & bonitate gaudet, in primis verò ouillæ, & bouillæ, volucrumque omnis generis. In foro Indies centum & plures puellas videre est, quæuis annonæ genera, copiose vendentes, quæ omnes incedunt capite aperto & nudo, capillisq; tonsis, nec tamen propterea inelegantes. Heic est enim moris, virgines, antè, quàm nuptæ sint, nec capillos alere, nec velari. Nec est etiam cur piscium vllum genus requirat, cum & optimos habeat, & quantos ferè velit, eosque recentes. Pomorum est ei tam vberimus prouentus, vt nisi qui viderint præsentis, facillè adduci non possint, vt credant. Decem enim marauadisjs, quod pecuniæ genus istic loci minimum est, & decimam ferè stuferi Brabantici partem valore æquat, tatum pomorum vulgò emitur, quantum mulus, consueto onere portare solet. Frequentia commerciorum florentissima est. Hac enim plerunque & importari solet, quicquid vel Anglia, vel Belgica, vel Gallia mittit, & quantumq; Hispania cum alijs communicat, eadem hac solet exportari. Inter cætera verò, quæ euehuntur, plurima est excellentissima lana, ex qua in Belgica deportata, præstantissimi panni fiunt. Constat, hac lana quotannis quinquaginta naues onerari, quibus quinquagesies mille saccos, & amplius, auehi confirmant. In ipso foro machina est ad imponendas nauibus merces exponendasq; aptè cōstructa. vbi quantus sit toto die negotiorum feruor, mirabile est videre. Tota vrbe passim nil videas, quàm officinas & cellas, reponendis & custodiendis mercibus, aptas, perpetuò plenissimas. Nauigationis enim commoditate fit, vt vel rarò, vel nunquam contingat planè euacuari. Naues in hac vrbe, & eius territorio, quotannis plurimæ fiunt, quarum nonnullæ ingentes & altæ, secundum priuilegia, quæ habet, aliæ vulgaris magnitudinis & formæ, penè innumeræ. Reperire heic est ciues, qui soli, propria pecunia vno anno, tres quatuorue naues ædificari curant. Hinc etiam omne genus apparatus nautici heic fieri consuevit. Hæc de ea Petrus de Medina in Hispaniæ descriptione, lingua vernacula scripta.

BILBAO VVIRGO LATINIS




En, spectator beneuole, Magnifica Hispania ciuitas Bilbao, alijs, quasi Bellum vadum, Bilvao, vnde fit, vt alteram, per V. syl labum, scribant, condita à Didaco Lopeo de Hazo, Cantabroy-Princeps, anno criter Millefimo, trecentesimo, à N. Ch. venusta Hogenbergij manu, ad viuam deline ata, ob oculos tibi ponitur, ea forma, qua anno Christi. MD. XL. v. conspicietur, Cuius eleganti icone, opus hoc nostrum beauit, Praecellens D. eximius Vir, D. Joannes Muffin. Hispaniarum Regie M. à sacris, summus praesentium, et antiquitatum, admirator.

LA VARA DE PORTO GALETE



- |                          |                             |                                     |
|--------------------------|-----------------------------|-------------------------------------|
| 1. S. Bartholome.        | 9 La candelja.              | 16 Carniceria.                      |
| 2. S. Petro de deusto.   | 10 S. Tiago.                | 17 La yglesia de los SS. S. Juanes. |
| 3. S. Barbara.           | 11. La casa de don Triflan. | 18 S. Cruz.                         |
| 4. S. Vincente de abamo. | 12. S. Anton.               | 19 La casa de los frayles.          |
| 5. La concecion.         | 13. Arrecalle.              |                                     |
| 6. S. Francisco.         | 14. Tenderia.               |                                     |
| 7. S. Augustin.          | 15. Vello os neale.         |                                     |
| 8. Caj de la arena.      |                             |                                     |





## SANTANDER.




RBS, quam vulgò Santandervocant, in Hispania Tarraconensi sita est, ad littus oceani Cantabrigi, eo fortè tractu, quem Ptolemæus ab Antigonibus habitari tradit. Hodie Asturiam Satillanam vocant. Indigenæ tamen referunt, huius vr- bis territorium particulari vocabulo vernaculè, *la montana* nominari. De radice montis leuiter assurgentis in mare prominet, cuius alluuiò à dextera, qua arcem prætergressa, vltra urbem procul sese extendit, vulgò vocatur *laria canal*: à sinistra, maxima ex parte totam urbem attingit, ac canali quodam per ipsos muros vr- bis interiora petit, qui vulgò *laribiera* dicitur, ipsumque canalis ostiù vernaculè quo- que, *el buccaron* appellant. Ab hac parte, aggere quodam humana arte operaq; vel- uti brachio influctus extenso, quem sua lingua *muello viejo* vocant, singularem vrbi portum fecere, in cu- ius aggeris extrema ora, geranium extruxere, ad nauium exonerandarum vel onerandarum commodi- tatem, quod vernaculè, *la grua* vocitant. Totus sinus ille, quasi vnicus portus videri potest. Nam per angu- stias quasdam, veluti per ostium, mare huc irrupit, atq; intus se latius diffundit, vndiq; aliàs naturà cõ- clusum. A fronte vr- bis, alia moles fluctibus obiecta est, inflexa paululum, vt portus commoditati magis seruiret, qua & à furore æstuantis oceani, si quando contingat, tueri se solet, & nauibus etiam aut exponen- di aliquid, aut recipiendi commodissimum locum præbere. In medio huius sinus ostio, scopulus quidam exstat, quem, *la penna de mogro*, appellant. Is, ob auium multitudinem, istuc nidificantium, incolis sæpenu- merò aucupij occasionem recreationis ergò, præbet. Ferunt, hanc urbem tantæ antiquitatis fama cæteras eius regionis vr- bes antecellere, vt incolæ eam à Noa conditam esse, dicitare, & gloriari soleant. Forma oblonga est, intus plana, & muro vndique cincta. ab ea parte, qua terram respicit, ob fossæ profunditatem, aqua tamè vacua, accessu difficilis. Aère gaudet saluberrimo. Fontes habet, tam intra mœnia, quàm foris proximè muros, sex excellentissimos, qui perpetua limpidiissima aquæ scaturigine, incolis vltro quasi of- ferunt, quantamcunq; aquam, vel ad vsu, vel ad voluptatem, requirant. In ipso foro duo sunt, quorum alter, S. Claræ, alter, Vrbanus vocatur. Foris, ad fanum D. Nicolai, ex eminètiore saxo, tertius prorumpit, omnium vti maximus, ita celeberrimus, vulgò, *la fuente de Becedo*, dictus. Hinc maxima ex parte cum mul- titudo ciuium, tum etiam, qui inter eos præcipui habentur, aquam hauriunt, propter singularem quan- dam eius præstantiam. Aiunt enim, naturà illi hoc singulare inesse, vt hyeme caleat, æstate, quàm maxi- mè frigeat. Quartus est propè D. Francisci, vulgò, *fuente de la Bobeda* nominatus. quintus, qui vernaculè, *el rio de la pila*. sextus, quem *fuente de molinedo*, appellant. Hi duo postremi, vsui in primis sunt in vico ma- rino commorantibus, quem vulgò, *la calla de la mar*, vocitant. Is vicus, suburbium est, ita vrbi adiunctum, vt vr- bis nomine comprehendatur, tametsi murorum ambitu exclusus sit. Heic seorsum ferè habitant, qui piscatui operam nauant. Nam, cum sinus ille optimorum piscium tanta copia abundet, vt incredibi- le videri possit, si speciatim singula exponantur, plurimos esse facile est cogitari, qui piscatui incumbunt. Portæ ei septem numerantur, videlicet, S. Nicolai, S. Petri, *De las Atalassanas*, S. Francisci, *De la Sierra*, S. Cla- ræ, & *del Arzillezo*. Aedificijs alta superbit, politissimè partim ex puro lapide, partim ex ligno constructis. Religioni colendæ conseruandæque, bina monasteria habet, vtrunq; ordinis S. Francisci, alterum, fratrum D. Francisci, alterum, sororum pientissimarum D. Claræ. Summum in ea templum, vulgò, *de los cuerpos santos*, dicitur, ornatissima structura, vti suspiciendum, ita sanctitate venerandum. Perhibent, eò loci, vbi ista ecclesia fundata est, quòdam bina martyrum corpora miraculosè deuecta, firma atq; immota con- stitisse. Fuisse referunt, procul inde, sanctos viros, qui magno animi ardore, & singulari constantia hostib. se ad fidei Catholicæ nostræ defensionem intrepidè opposuerint, à quibus tandem interemptos, in Duriù flumen abiectos, eo corpora in mare, præcipiti cursu, effusa, longissimo circuitu emenso, in hunc demum sinum, summo miraculo veluti fato delata esse, & heic firmam perpetuamq; sedem elegisse: itaque ab ijs, nomen sanctorum corporum, ecclesiam nactam esse. Eadem collegio insignium pietate, & doctrina ca- nonicorum excellit. Rotunda est forma. Intus, in circuitu xenodochiù habet S. Spiritus, vbi pauperes qui- libet benignè excepti, humanissimè, pro necessitate, diligenti cura tractantur. Hinc inde quoq; diuersis sa- cellis, sepultura plerunq; aliqua nobilis alicuius viri exornatis, aucta. Medio interiori ambitu, amœnissi- mum pomariù includit, gratissimo floridarum arborù perpetuò odore fragrans. Inde, mare versus, arx obuia est antiquissima, non vr- bis solùm: sed totius etià sinus imperatrix, quippe cui expositù sit, quicquid toto sinu apparet. A sinistra, vbi dixi, aqua in ipsam urbem sese infundere, edificia sunt, in ipso aqueductu, patentibus atq; elatis arcibus exstructa, veluti armamentariù quoddã nauale, vulgus, *attalassanas* verna- culè nominant. Heic naues, naualisq; omnis apparatus, fieri consuevit. Ciues sunt bellicosissimi, vt ferè sunt eius regionis omnes. Magistratus in ea annuus est, sex senatorib. vno secretario, atq; vno procurato- re cõstans, ineunte Ianuario, singulis annis, nouus de more creari solitus, in sacello D. Lodoici, apud fra- tres D. Francisci. Eò tum primates totius vr- bis indefinito numero congregati, cõmunibus suffragijs, nouù anno nouo magistratum legunt. Hæc vr- bs priuilegijs etià ac immunitatib. antiquitus amplissimis dota- ta est. quorum hoc tantum adiciã, quo cautum est, ne à Rege, aut vllò quouis suo domino, vendi vnquã, aut oppignorari, quacunq; etiam de causa, possit. Hæc ferè exportatur, quantumcunq; Castellæ regnum lanæ foras mittit. Verù nec tu, ô Iacche, huic vr- bi tua dona negasti. Vinum enim quis hîc desideret? Ter- ra vndiq; vinetis circumdatur, quib. hinc inde viridaria interiecta, ad voluptatē nō minus, quam ad neces- sitatem consita, & amœnissimum prospectum, & amplissimum vr- bi fructum præbent. Adde his vicinos circuncirca diuersos pagos, varia pomorum frumentorumque genere, affluentissimos. quo fit, vt, nisi singulari Dei pœna accidat, commeatu etiam, nunquam destituatur. In sum- ma, vr- bs est, ob portus commoditatem omnium rerum diues.

Hæc ex relatu indigenarum.









# ORLEANS.



# BOVRGES.



R O C H E L L A

ROCHELLE, le 10 Mars 1793

à Monsieur le  
Citoyen de la Commune de  
Rochelle

Monsieur le Citoyen,  
J'ai l'honneur de vous  
adresser ci-joint le  
rapport que vous m'avez  
demandé par votre  
lettre du 27 courant.

Je vous prie d'agréer,  
Monsieur le Citoyen,  
l'assurance de ma haute  
et respectueuse  
obéissance.

Je suis, Monsieur le  
Citoyen, avec toute  
la reconnaissance  
possible, votre  
très humble et  
très dévoué  
serviteur.

Le Citoyen  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de  
Monsieur de

# ROCHELLA.



**R**OHELLE vulgò, vrbs Gallia, maris vicinitate nobilis, quem plerique Ptolemæo, Santonium fuisse, existimant, quòd hæc quasi sola, totius Santoniae prouinciæ portus, magna opportunitate conspicuus, asylum & propugnaculum, viribus humanis inexpugnabile, existat. Altero latere mari, altero paludibus, & vliginosis locis, tertia muris, foueis, & turribus, ad hostiles insultus propulsandos, idoneis, firma. Admirabile sanè, ac mirù, quanto robore, ac fortitudine præstet, quàm validis sit munitionibus, vallisq; firmata, quàm commoda loci, situsq; ratio, pro dignitate expendi, diciq; satis non potest. Nam, præter reliquam eius felicitatem, ipsum mare, pulchrè collocatum est iuxta urbem ipsam, illiq; sinum, mirum in modum commodum, facit, & tranquillam portus protectionem, nauigantibus exhibet. Adeò quidem, vt etsi pleræq; in Gallia, inueniantur vrbes magnitudine celebriores, pauca tamen, imò nullæ, futuræ sint, situs, munitionum, & propugnaculorum robore, præstantiores. Quod autem plerique existimant, Rochellam ex Ptolemæi sententia, Santonem siue Santonium portum videri, alij, probabilibus rationibus moti, inficias eunt, potissimum M. Helias Viue, vir multæ scientiæ atque doctrinæ, & curiosus rerum antiquarum inuestigator, qui huic potissimum rationi innititur. Quia, etsi historiarum inueniantur scriptores non pauci, qui celebrem multarum Gallia vrbiũ mentionem faciant, nullum tamen fide dignum extare, qui ante annos D C. huius vrbs vel verbulo recordetur, cum vetustissimum eius ædificium, S. Ioanni sacrum, omnes asserant, quod quondam Templariorum fuit. Non igitur perantiqua hæc vrbs, sed à Gallia regibus excitata videtur, vel ob commodam portus conditionem, vel, vt eorum hinc frangerentur furores, qui pyriticam in mari exercebant. Unde magnificis Regum priuilegijs & immunitatibus, præ cæteris Gallia vrbibus, ornata videtur: Tum, quia ciuibus sit data facultas, vt ex superiorum ordine Maiorem, atque Scabinos deligant, qui eo modo vrbs politiæ præsent, vt nullam vnquam gubernationem externam, nulla militaria præsidia, imò, ne castrum quidem, ad sui defensionem, aut tutelam, admittant, præter vnicam illam turrim, quæ armorum custodiæ destinatur. Liberam igitur hanc ciuitatem dixeris, in qua Aristoteles, arcis præsidium inutile, & periculosum tradit, quod tyrannidis opportunitatem præbeat. Nam vbi æquo iure inter ciues viuitur, æqualia ædificia esse conuenit, non alia populo imminere, atque minari, alia depræhensa, atque subiecta iacere. Optimè Pedianus arcem definit, sedem esse tyranni: Timeleon summus ille Corinthiorum Imperator, qui patriam primo à tyranno liberauit, & à Syraculis, quibus auxilio missus fuerat, inueteratam seruitutem depulit, docuit urbem, quæ arcis præsidio teneretur, vix vnquam sine tyrannide esse posse. Nam cum Dionysium, Sicilia pepulisset, & ciuibus sua restituisset, vrbiũque mœnia bello disiecta, instaurasset, & ciuitatibus suas leges, libertatemque reddidisset, arcem Syracusanam funditus euertit, & nunc (inquit) solida pacis fundamenta gerimus, cum tyrannorum domicilium, ac sedem euertimus. Alijs insuper hæc vrbs priuilegijs, rei maritimæ permultum indulgentibus, fruitur, quibus à Carolo Rege eius nominis V. Anno partæ salutis M.


CCC. LXII. aucta atque beata fuit. Cum nimirum Rochellani effrænata Anglorum euitantes tyrannidẽ (cui etenim Reip. tyrannis diu præesse potuit?) eorum pulso, ac profligato præsidio, præfectis etiam contumeliosè eiectis, Regi suo se submiserunt, certis pactis & conditionibus, quibus tantam priuilegiorum immunitatem sunt consequuti.



- 1. Tour de la lanterne. 2. Citadelle et Porte des deux Molins. 3. La Tour du Gayor. 4. La Porte neuve & le Bolleuard. 5. Bolleuard de l'Evangille à presens tout Fouldroye.
- 6. La Porte et l'Esperon de Congne.
- 7. Les Plattes formes et Terrus plains.
- 8. Platte forme de la boucherie.
- 9. Tour de moreille. 10. Bolleu des dains.
- 11. Fort de S. Nicolas.
- 12. Porte de Bolleuard S. Nicolas.
- 13. Tour S. Nicolas.
- 14. Tour de la cheyne.
- 15. Cita delé des 2. molins.
- 16. Le Carre four de la Caille.

ROCHEL  
LA MV  
NITISSI  
MVM  
GALLI  
AE OPP:





# MASSILIA



**M**ASSILIA, siue vt alij, Massalia, peruetusta, & opulentissima Gallia, in prouincia Viennensi, ciuitas, fundatione Græca, eaque de causa ciuilitatis, nobilitatisq; nitore, & honesto litterarum otio, sapientiæq; studio culta. Adeo quidem, vti Athenis Mineruæ exercitijs, maris potentia Rhodijs, terræq; diuitijs Lacedæmonijs meritò existimetur succedere. Studiosa Romanorum amica, quorum insatiabili tandem cupiditate, vastata est, atq; direpta. Eius paulò altius tam ob summam vetustatem, quàm incredibilem loci, situsq; magnificentiam, repetenda videntur initia. Cæsar in principio lib. 2. de bello ciuili, Massiliae his verbis meminit. Dum hæc in Hispania geruntur. C. Trebonius Legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat, duabus ex partibus aggerem, vineas, turreseq; ad oppidum agere instituit: vna erat proxima portui, naualibusq; altera ad partem, qua est aditus ex Gallia atque Hispania ad id mare, quod adigit ad ostium Rhodani, Massilia enim ferè ex tribus oppidi partibus mari alluitur, reliqua quarta est, quæ aditum habet à terra, huius quoq; spatij pars ea, quæ ad arcem pertinet, loci naturâ, & valle altissimâ, munita, longam & difficilem habet oppugnationem. Ad ea perficienda opera. C. Trebonius, magnam iumentorum atque hominum multitudinem ex omni prouincia vocat: vimina, materiamque comportati iubet, quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum LXXX. exstruit, sed tanti erant antiquitus, in oppido omnium rerum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormentorum, vt eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ sustinere possent. nam magnitudo operum, altitudo muri, atq; turrium, multitudo tormentorum, omnem administrationem tardabat. Deinde vterius subiungit Cæsar, quòd maximæ Massiliae vires, in nauibus confisterent, quibus plurimum detrimētū Romanis, Cæsaris partes sequentibus, inferebant, cum ipsi auctoritatem senatus grauius tuerentur. Eius etiam obsidionis Lucanus lib. 3. de bello ciuili meminit.

*Sic postquam fatus, ad urbem*

*Haud trepidam conuertit iter: tunc mœnia clausa  
Conspicit, & densa iuuenum vallata corona.  
Haud procul à muris tumulus surgentis in altum  
Telluris, paruum diffuso vertice campum  
Explicat: hæc patiens longo munimine cingi  
Visa ducirupes, tutisq; aptissima castris.  
Proxima pars vrbs celsam consurgit in arcem  
Par tumulo, medijsq; sedent conuallibus arua.*

Conueuit hæc Lucani descripto cum ea, quam ex Cæsare excerptimus. deinde vrbs originem idem poëta subiungit.

*Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerum,  
Non momenta sumus, nunquam felicibus armis  
Vsa manus patria primis è sedibus errant,  
Et post translatis exusta Phocidos arces.*

Atq; hæc quidem Lucanus ad Græcam huius vrbs originem alludens, cui vniuersa historicorum turba subscribit, Ab Asiaticis Phocensibus prima eam fundatione constructam, Periano ipsorum duce, qui loci opportunitate illectus, parte, qua ferè Rhodanus mari miscetur, ipsiq; à fortuito euentu nomen impositum. Videns etenim piscatores in littore maris, quos Græci *ἄλιεες* nuncupant, pro bono, fœlicique hoc omine sumens, imperauit, Eo liens de macin, id est, colligere funes, ibiq; consistere, vnde paulatim vocis similitudine, Massiliae nata est appellatio. Sed plura de eius situ, nomine, & origine Eustatius in libellū Dionysij Alexandrini de situ orbis scribit. Tum etiam Iustinus lib. 43. Pomponius Mela li. 2. de situ orbis. Strabo lib. 4. Geographiæ. Aulus Gellius lib. 10. Ammianus Marcellinus lib. 15. Ex quibus, auido lectori, historicam sitim abundè explere licet. Agathius lib. 1. historiæ Gothicæ de Francis loquens, hæc de Massiliae origine refert. Etiam num habent ciuitatem Massiliensem, quondam Ioniorum coloniam, fundata enim est à Phocensibus, patria pulsus à Medis, Imperante Persis Dario Hydaspis filio, sed hæc vrbs olim Græca, nunc prorsus est barbara, eò quòd relinquens vetustum viuendi modum, moribus eorum, qui ipsi imperant, se accommodet. Eutropius Massiliam ædificatam asserit Tarquinio superbo, quod veritati congruum esse videtur, cum ipsius regnum à Cyro inceperit, finemque in regno Darij sit consequutum, ipsamque ædificatam eo tempore, quo vrbs Hierosolymitana à Nabuchodonosore Babyloniorum Rege vastata fuit, Anno nimirum mundi 3351. Verum ea calamitas vrbi sancta, per dictum Regem Assyrum, ante natum Cyrum & Darium illata est, regnante Romæ Tarquinio Prisco. Et hac ratione Tarquinij nomen defendi posset, sed non item Darij aut Cyri. Aut itaq; dicendum est, Phocenses expulsos fuisse per Harpalum sub Cyro, aliquo tempore post ruinam Hierosolymiticam: aut non fuisse ædificatam Massiliam sub regno Persarum. In eo tamen omnes conueniunt, Harpalum in causa fuisse, cur Græci ex Asia profugerint, & quod in Galliam deuenientes, præclaram hanc urbem, cum plerisque alijs vicinis ædificarint. Hæc autem vrbs vnica quondam conseruatix armorum & litterarum, in qua præcipua totius Gallia vniuersitas & schola fuit, quo Phocenses etiam, perniciosam secum consuetudinem homines immolandi Dianæ, aduexerunt, ad cuius imitationem abominabilem se postea Druides contulerunt, quam ob causam Imperator Tiberius, scholas Gallia aboluisse putatur, quas Nigromantiæ insimulabat, & sacrificiorum detestabilium nocturnorum, vbi diuini suas considerationes in extis habebant. Cæterum Tiberius non tam hoc impedire, quàm literas vniuersæ Galliae moliebatur auferre, quemadmodum & Iulianus Apostata, religionem Christianam, vt sperabat, euersurus, scholas, & omnem librorum vsum ipsis ademerat. Quamuis autem Cæsar Massiliam contra omne ius & æquitatem sit deprehdatus, tamen subito restituta fuit. Nam sub Nerone & Vespasiano florentissima ibi totius Gallia schola fuit, in qua Principes Romani literis operam dabant, quam & multis priuilegiorum immunitatibus decorarunt, vt ex Strabone, Valerio Maximo, & Cælio Rhodogino constat, qui præclarâ hanc urbem Græca ciuilitate & humanitate cultâ, tradit, donec Burgundi & Franci Galliam tenerent, tum enim cogebantur se moribus victorum & Principum suorum accommodare. Et, quamuis maximarum laudum elogijs Massiliensis hæc ciuitas digna, quia antiquitatem miram redoleat, quia situ & opere potētissima: quia Galliarum Regi, cui paret, omni obsequio fidelissima: quia item per totum orientem, per Africam, & in intimam Aethiopiam merces eius incolæ deferant, & cum remotissimis totius vniuersi hominibus negotientur. Eo tamen potētissimum nomine æuo duraturam meretur memoriâ, quia ex primis sit Gallia vrbus, quæ statim à passione domini, salutarem Christi fidem suscepit: primis etenim Religionis elementis S. Lazari industria imbuta, qui cum Maria Magdalena & Martha sororibus, bonis ac sedibus exutus, ferociente persequutione, quæ S. Stephanum abstulerat, primus Massiliae Episcopus fuit.




MARSEILLE

# MARSEILLE.

- |   |   |                                     |
|---|---|-------------------------------------|
| A. La fage ou maifl cimetiere de la Ville.  | F. La ou S. Victor fut baptifl.             | G. L'hofpital du S. Efpirit.        |
| B. Palais ou l'on tient la Cour du Lieutenant.  | H. L. Congreg. de S. Efpirit de S. Sulpice. | I. Le grand S. Victor aux 4. coins. |
| C. La grille de l'eglifl appellee, la Mairie, ou est le chef du Lazare.   | L. La place neufue.                         | M. La place de vintaine.            |
| D. La Cour d' commanderie de S. Jehan.  | N. Le grand mafleau.                        | O. Le petit mafleau.                |
| E. L'eglifl des accoles, ou Marie-Magdel: cõmenga à projeter la Loy Chreftienne au Roy, & peuple de Marseille, lequel elle convertit, & grand nombre de peup. | P. La pesquarie.                            | Q. La tour du grand horloge.        |
|   | R. L'acqueduc des fontaines de la Ville.    | S. Le grand puits.                  |
|   | T. La pierre que l'on dit                   | V. La tour de.                      |
|   | X. Les fourches d'Arenç.                    |                                     |





## VRBS AVINIONENSIS



D vtranq; Rodani ripam, in sine totius Gallie flumē, in Prouincia sita, summa antiquitatis laudem eò meretur, quòd priscis apud Romanos temporibus magna celebritatis dignitatisque fuerit. A quo verò sit prima fundatione constructa, difficulter ex historiarum monumentis erui potest. sunt, qui nullis historijs certis, sed vacillantibus coniecturis adferant, primùm eam hoc loci, fortitionibus, ex auium volatu obseruatis, ædificatam, vtque perpetua, tam magnificæ fundationis retineretur memoria, vñtatis priscorum consuetudinibus obseruatum, vt, quicumque eius generis auem, aut viuam, aut mortuam exhiberet, à vectigalium, & telonij solutione liber atque immunis iudicaretur. Sed, cum hæc fabulis, quàm historiarum veritati propinqua, ab omnibus facillè intelligantur, ijs relictis, ipsam nunc urbem Avinionensem ingrediamur: quam septenarius numerus, hoc est, omnium perfectissimus, laudabilem reddit. Septies etenim in ea, & hæc quidem inter se septenario numero repetita, præcipua ornamenta videntur. Septem nimirum pallatia, totidem parochiæ, Xenodochia, Monasteria virginum, Collegia, Conuentus, portæ. Primi eius vrbs conditores, ad optimum vrbs statum respexisse videntur, qui tãto studio, septenarium in ea numerum obseruarunt. Si etenim D. Augustino, varijs in locis, potissimum verò lib. II. de ciuitate Dei, cap. 31. & lib. 17. cap. 4. fidē adhibemus, omnium numerorum perfectissimus est septenarius, tū, quia ex toto impari, & ex toto pari cõstet, quo etiam nomine à Macrobio commendatur: tum, quia in sacris etiã litteris, pro vniuerso ponatur. Veluti, Septies in die cadit iustus, id est, quotiescūq; ceciderit. Itē, Septies in die, laudem dixi tibi. Id alibi his verbis dicitur: Semper laus eius in ore meo. Sed hæc ad Theologorum scholas remittenda. Cathedralis in hac vrbe Ecclesia D. Virgini sacra (Episcopatu siquidem inclarescit) fundationibus dotata amplissimis, conspicitur, in qua, etiamnum ea ipsa sine hæresum superstitione viget religio, quã B. Rufus martyrio clarus, primùm introduxit, quem D. Paulus, cuius fuit discipulus, eò destinauit, vt euangelicam ibi operam nauaret. Quod ea felicitate præstitit, vt non meminerim me vnquam legisse, hunc Gallie tractum, cuius hæc vrbs primariū constituitur caput, à fide & religione Christiana vnquam descivisse, vsq; ad supersticiosos seditiososq; Albigensum errores, qui duo cū Manicheis ponebant principia: corporū resurrectionem non admittebant: Baptismi & Eucharistiæ sacramenta contemnebant. Item, quòd anima, pro meritorum diuersitate, in diuersa, in brutorum etiam animalium admittatur corpora, ad male antea vitam puniendam: si autem benè honesteq; vixerit, in principis illustris alicuius viri recipi corpus, prout hæc & plura alia de impijs eorum dogmatibus apud Alfolsum à Castro, & Bernardum Lutzenburgensem inueniuntur. Porro, vrbs hæc Avinionensis, magnificis summorum hominum, & Cardinalium decoratur pallatijs, Carthusianorum etiam cœnobio, quod reliqua vniuersæ Franciæ omnia celebritate præcellit. Sedem hæc vrbs Maximo Ecclesiæ Romanæ Pontifici annis septuaginta præbuit, quæ cum pro veteri à D. Petro recepta consuetudine Romæ iterum esset translata, perpetuus ab eo tempore hoc loci legatus semper resedit, ipsam Pontificis auctoritatem repræsentans. Eius est penes Cardinalium consistorium collatio, ad quam præcipuæ dignitatis virum, qui reliquos auctoritate, experientia, doctrina & pietate præluceat, euehere solent. Amplissimæ huic functioni iam hoc tempore summa cum laude præest, præcellens & Illustrissimus Princeps, R. E. Cardinalis Carolus Bourbonius, multò rerum vsu, & præstantissimarum virtutum nitore politus, acerrimus R. Ecclesiæ defensor & propugnator. Illo verò, ob ardua Reipubl. negotia absente, Vicelegati munere fungitur D. Georgius Amainacensis: & is R. Ecclesiæ Cardinalis, generis, doctrine, & pietatis laude præstans. Vrbs hæc latè patenti Romanorum imperio paruit, ad Gothorum vsque irruptionem, quibus à Burgundionibus deinde pulsus, ad horum gubernationem Reipubl. cursus instituitur, à quorum se tãdem subduxit dominio, quando Budonis filij Arelatensium Regis titulum vsurpantes, huic etiam vrbi præfuerunt. Cæterū Ottho Imperator, hoc sibi vendicans regnum, Auignonem etiam suæ iurisdictionis effecit. Deinde ad Prouinciæ comites vrbs ipsa peruenit. Tum Carolus Franciæ Rex, prouinciæ hæredem ducens vxorem, factus est Siciliæ, atque Neapolis Rex, successores etiam Prouinciæ Comites habuit, & Ioanna succedēs, Roberto Regi Neapolitano fratri bellum mouēs, cum Rege Hungariæ cognato, Clementem Pontificē, eius nominis sextum, suarum partium fecit: Urbem hanc Avinionensem Pontifici vendidit. eius enim patrimonium habebatur. Persoluitur pretium feudi permutatione. tantundem enim, & eo amplius ob regnū Neapolitanum Ecclesiæ Romanæ debebat. Aequalis autem retinetur auctoritas, tam eorum, qui Pontificis, quam eorum, qui Reipubl. nomine præfunt, etsi iurisdictione habeatur diuersa. nam in congressibus publicis par prefectorum dignitas, æqualis vexillorum obseruatur ordo. Ita, vt eundem dignitatis gradum vrbs præfecti obtineant, quo multorum annorum interuallo sub Comitibus semper sunt vsi. Agri bonitate gaudet, pannorum, & byssi tinctura, papiraceis quoque molis, nomen hæc vrbs meruit. nam aquis, eiusmodi negotiationi opportunis est diues. Vniuersitate denique inclarescit, quæ olim, quando Romani Pontifices ibi residebant, florentissima fuit, optimisq; priuilegijs ornata. Huic Paulus Castrensis Iurisconsultus multum splendoris attulit, vt eius commentaria in ius ciuile, quæ prælectiones Avinioniæ vocantur, declarant. Andreas quoque Alciatus, cum propter bella in Galliam venisset, sexcentorum aureorum stipendio conductus, docuit, vt in oratione ad Tininensis Academiæ alumnos, profiteretur.



- |                       |                      |
|-----------------------|----------------------|
| Les 7 Portes.         | 2. de S. Nicola.     |
| A. Porte du Pont.     | 3. Le roure.         |
| B. Porte Aurouse.     | 4. de Dijon.         |
| C. Porte de la Legue. | 5. de S. Michel.     |
| D. Porte S. Lasse.    | 6. de la Croix.      |
| E. Porte Iubert.      | 7. Senaque.          |
| F. Porte S. Michel.   | 8. S. Mareau.        |
| G. Porte Chaussey.    | Les 7 Hospitales.    |
| Les 7 Paroisses.      | 9. S. Bernard.       |
| I. S. Agricol.        | 10. des Augustins.   |
| K. S. Pierre.         | 11. de Nazaret.      |
| L. S. Didier.         | 12. du Pont.         |
| M. S. Symphorian.     | 13. S. Antoine.      |
| N. S. Giner.          | 14. de S. Michel.    |
| O. La principale.     | 15. Canfleury.       |
| P. La Magdeleine.     | Les 7 Palais.        |
| Les 7 Couens.         | 16. le Grand Palais. |
| R. Les Cordeliers.    | 17. le petit Palais. |
| S. Les Carmes.        | 18. la Visitation.   |
| T. Les Augustins.     | 19. la motte.        |
| V. Les Prebendiers.   | 20. Salences.        |
| X. Les Celestins.     | 21. S. Jean.         |
| H. L'yspérance.       | 22. du Roy René.     |
| Q. La Vinité.         | Les 6 Monasteres.    |
| X. La Mergy.          | 23. S. Clerc.        |
| Les 7 Colleges.       | 24. S. Catherine.    |




11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

*[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a list or a series of entries.]*

## B L O Y S



**B**LOYS, elegans florentissimæ Gallie, & celeberrimi nominis vrbs, cum propter vetustatem tum quod augustissima multorum Principum, & illustrium virorum procreatrix fuerit: Ligeris fluminis ripam, situ partim collibus inæquali, partim plano exornat. Qua de causa, plerisque in locis deambulandi quandam difficultatem præbet, quam tamen incommoditatem, gratissima soli, aërisque felicitas, non mitigat modò, sed & infinitis parasangis superat. Tanta siquidem ex suavissimo aeris temperamento huius loci, omnium & iudicio, & experiètia, salubritas nascitur, ut permulti summæ dignitatis homines, in eo sibi tutioris & diuturnioris vitæ gratia domicilia diligant. Agrum habet tam amœnum vitibus pulcherrimis, omni frumentorum genere, fructiferisque arboribus luxuriantem, ut nulli in vniuersa Gallia, vberriimo tritici, ac præstantissimi vini prouentu cedat. Est etenim locus vniuersus, ob miram elegantiam, spectatu iucundissimus, in quo nihil eorum desideres, quæ vel necessitas, vel vltra eam voluptas requirat. Ea est amœnitas & aquarum, dulcissimorumque fontium, hoc situ erumpentium riuulorum item, sinuosis flexibus, gratissimo murmure delabentium, ut maxima hinc aeris oriatur salubritas, quem permollem & placidissimum vniuersa hæc regio habet, ad eò quidem, ut magnifici, potentesque homines, sanitatis amissæ recuperandæ gratia, huc, ex Medicorum consilio, sese recipiant. Quare Regum, Ducumque filij, hac in vrbe ut plurimum educuntur, & ipsi etiam Gallie Reges, in ea potissimum resident. vnde ciuitas Regia vulgo cognominatur. Et quanquam tanta sit vrbs, agrique vicini venustas, non est tamen vrbs ipsa veterum historicorum monumentis celebrata, qui de ijs potissimum gentibus, & ciuitatibus scriptis suis aliquid prodiderunt, quæ ipsis armorum præsidij restiterunt, quas aut obsidione cingere, aut expugnare cogebantur. Et quamuis curiositatem eorum commendem, qui accuratissimo antiquitatis studio ferunt, locum d'Orcheze, secundo ab hac vrbe lapide, Iulij Cæsaris horreum fuisse, quo comeatum & annonam pro exercitus conseruatione reponeret, quemadmodum collapsæ maximorum ædificiorum ruinæ testantur: tamen non existimo eo loci, quondam prima huius vrbs fundamenta collocata fuisse, eò, quod veteres Galli in condendis vrbibus, aspera, montosa, & ascensu difficilia loca, fluminibus vicina, deligere solebant. Nihilo tamen minus, vrbem hanc perantiquam esse, argumento est, locus quidam in Gregorio Turonensi, qui inquit, quòd tempore Regis Gontrandi, Anno salutis 560. cum Iberulphum, qui ad sanctum Martinum Turonensem confugerat, capere niteretur, Aurelianensibus & Blesiensibus imperatum, ut ipsum obseruarent, cauerentque diligèter, ne sibi fuga consuleret. In ipsa porrò ciuitate, castrum in rupe, eleganti situ, & ab oppido separatum, conspicitur, sedem & pallatium regi præbens, vnde visus cum in ipsam vrbem, tum vicinum in agrum amœnum atque compascuum, incredibili suauitate panditur. Duæ hic magnificæ sunt Ecclesiæ: Altera in ipso castro S. Saluatori dicata, & à Comitibus, & qui his successerunt, Regibus, amplissimis dotata redditibus. Altera D. Iacobo sacra. Duæ item abbatie Blesensem hanc vrbem commendant. Altera S. Lomerij, Anno salutis 927. à Rodolpho Burgundione Gallie Rege dotata, atque cõstructa. Altera Nostre dame de Bourgmoynè dicitur, de cuius prima fundatione nihil in publica scriptorum monumenta redactum inuenitur. Sunt porrò aliæ cõplures in hac vrbe ædes, rebus diuinis dicatæ, quas omnes enumerare nimis longum foret. In quibus magnifica Regum ac Principum sepulchra, ex cupro, alabaistro, & præstanti lapide politè facta, conspiciuntur; potissimum verò in Ecclesia S. Saluatoris, in qua Ludouicus & Guido Comites Blesenses tymbo, eleganti artificum opere perfectò, continentur. Et Valentina Mediolanensis vxor Ludouici Ducis, Lutetie Parisiorum occisi, per factionem Ducis Burgundie. Et Ioannes Albanie Dux, alijque complures genere & virtute præstantissimi Heroes. Sunt insuper passim in hac vrbe aquæ ductus varij, qui effosis, magno spatio, intimis terræ visceribus, structisque opere lateritio fornicibus, magno quoque fastu visendos se præbent, idque tanto spatio & altitudine, ut tribus equitibus iunctis facile transitum concedant. Plerisque etiam locis, excisis durissimorum montium rupibus, tantis impensarum sumptibus perfecti conspiciuntur, ut fidem narratio excedere videatur, nisi oculis conspicias. Tanti operis planè admiranda ratio, Romanorum olim opes, viresque in eo elaborasse omninò conuincit, etiamsi historicorum Romanorum scripta nullam tantæ rei memoriam celebrent. Cum eadem etiam silentio inuoluant, ædificia apud Nemausienses admodum celebria, Amphitheatrum Burdigalæ, & magnifica apud Pictones ædificia, Aquæ ductus item Parisijs admodum celebres. Huc accedit, prisca ædificandi & cementi ratio, quæ in muris castri, ac vrbs obseruata, Romanam antiquitatem redolet, & rudera passim, quæ ex terræ visceribus quandoque eruuntur. Ciues porrò & incolæ vrbs, suauis quadam & politica sympathia, cum miti aeris clementia, agrique bonitate, conueniunt. Si quis etenim, quanta eorum in familiari congressu sit comitas, perpendat, quàm vrbana morum humanitas, quàm elegans sermonis facundia, & in dicendo ciuilitas, in victu item, amictuque splendor atque mundities, fateatur necesse est, hanc tantam, quæ in hac vrbe singularis est, humanitatem, & decentem morum ciuilitatem, natiuam soli bonitatem, concomitari.




# BLOYS.

SEPTENTRIO.



- |                         |                             |                            |                          |                        |
|-------------------------|-----------------------------|----------------------------|--------------------------|------------------------|
| 1 Greniers              | 11 La gr&#228;de fontaine   | 21 Puy de la foul&#233;rie | 30 S. Solme              | 38 Les cord&#233;liers |
| 2 S. Lomer              | 12 La rou&#233;sterie       | 22 Fort neuf               | 31 Rue des pape          | 39 Le Palais           |
| 3 Le Ch&#228;teau       | 13 La croix de Blois        | 23 Maison de Ville         | gaut                     | 40 Les halles          |
| 4 La porte du f&#228;ux | 14 Carrouer gaud&#233;bert  | 24 Porte rue               | 32 Croix Al&#233;chel    | 41 Le march&#233;      |
| 5 Les Jacobins          | 15 Chemoton                 | 25 Poterie                 | 33 Le p&#228; du carrier | 42 Porte char          |
| 6 La Chapelle           | 16 Le Change                | 26 Larc&#233; de la rue    | 34 S. Jean               | treine                 |
| 7 L'aum&#224;ne         | 17 Le pont                  | 27 Puy chatel              | 35 S. Jacques            | 43 Fauxbourg de        |
| 8 Pied du ch&#228;teau  | 18 Rue des est&#228;nes     | 28 Porte du bas            | 36 La rue de Beau        | Vi&#233;ne.            |
| 9 Rue des Vis&#233;tres | 19 Fontaine des es&#228;nes | bourg S. Jean              | uis                      |                        |
| 10 S. Martin            | 20 Rue de V&#228;ulher      | 29 Porte clo&#233;aux      | 37 Les prisons           |                        |







# M E T I S



**M**ETIS, vulgò Metz, antiqua & præcipua Belgiae vrbs, quam Mediomatrices populi, præcipuum eius regionis caput agnouisse, plerique existimant, cuius quidem appellationis varias varijs causas excogitarunt. Alij, Metropolitanam suam urbem Metensem, sic dictam existimant, quia medium occupet locum, inter Tullum, Verdunū, & Treuiros, quorum tamen sententia, opinioni magis, quàm firmæ rationi innititur, cum non hanc, Mediomatrices, sed Treuericam semper Metropolitanam agnouerint. Alij verò eam nomen, & appellationem à Metio Romano, consequutam tradunt, qui eam à Iulio Cæsare expugnatam, pomœrijs extensam, & auctam, muris, fossis, ac propugnaculis cinctam asserunt. Verùm & hanc opinionem Ptolomæi cosmographia euertet, qui de Mediomatricibus loquens, præcipuam ipsorum urbem, Diuodurum nuncupatam asserit. vnde planè apparet, longo post Cæsare tempore, compendiosum hoc Metis nomē exortum. Illud sanè, ex varijs variorum historijs constat, hanc appellationem Metis, toto eo tempore, quo Romani hæc loca tenuerunt, prorsus fuisse incognitam, neque aliam, quàm Mediomatricorum appellationem vsurpatam, quorum ibi latissima ditio fuit, quippe, qui limitibus suis, quicquid Galliae Austrasie fuit, comprehenderunt, cuius præcipua, eo tempore vrbs, Metis est cōstituta. Cum etenim Francici regni administratio, in Austrasiam, Neustrasiam, & Suesionis regnum diuideretur: Ipsaque Treuirorum Augusta, grauiissimis calamitatibus pressa, iaceret, à quibus longo post tempore, se vix erigere potuit, hinc factum, vt Austrasie Metis, quemadmodum Neustrasie Lutetia Parisiorum caput & Metropolis constitueretur. A quocunque igitur nomen & originem habeat, amplam, opulentam, valideque situ ac opere munitam, & vnam ex præcipuis Belgiae urbibus, est manifestum. Mosella & Selna amnibus irrigatur. ædificijs elegantissimis, tam priuatorum ciuium, quàm publicis, rei que diuinæ sacris, visendo ornamento, nitet. Cui tamen venustati plurimum ea obsidione decessit, qua eam Carolus Imperator maximis copijs cinxit. Quo quidem tempore ciues, vicinas vrbi ædes, & frequentibus ædificijs structa suburbia, diruerunt, ne latibulo hosti forent, præclara itidem templa iuxta vrbs pomœria, ne defensionem obessent, necessariò deiecerunt, veluti D. Clemētis, & S. Arnoldi Abbatiam. Quo tempore, insigne religionis pietatisque exemplum, Guisus Dux iam vita defunctus, cui gubernatio vrbs à Rege Francorum demandata erat, erga eorum cadauera edidit, quorum animæ, æternis beatorum sedibus, associata creduntur. Nam ex S. Arnoldi templo, magna cum pompa, miroque apparatu, haud secus, quàm si celebri magnatum conuentu, exequiarum solennia Regiæ Dignitati exhiberentur, aliud in templum transtulit: corpus Ludouici pij, Caroli Magni filij, eiusque vxoris Hildegardis, Reginæ: & Aleide Drogonis, qui Archiantistes Metensium, & naturalis iam dicti Caroli filius fuit: Vitronis, Lotharingiæ Ducis, Amalardi Archiepiscopi Treuirensis, & Caroli Magni, Cancellarij. Hæc, aliaque summorum hominum corpora, in ædem sacram, Dominicanorum societati dicatam, regio planè fastu, translata fuere, quo ad obsidionem se vrbs muniret, quam & ea fortitudine sustinuit, vt rebus omnibus infectis, irrito, vanoque conatu Carolus Cæsar, obsidionem soluere cogeretur. Fertur etiam, hyemis, cælique sæuitiam, & contagiosam pestis luem, quæ Caroli militem crudeliter inuaserat, plurimum ipsi detrimenti intulisse. Ad eò quidem, vt in castris inuenti sint milites, lignorum aceruis onusti, & baculis, quibus sustinuerant gressum, innixi: alij arborum truncis admoti, stupefactis rigore membris, spirituque vitali suppresso, mortui, viuentibus persimiles, durante ea corporis forma, qua inopinata ac subita mors quemque inuaserat. Neque porrò hic breuitatis studio, eas calamitates referam, quas à Francis & Alemannis Metensium Resp. pertulit, neque multorum Principum de eius possessione querelas. Neque etiam quomodo Fridericus Imperator Metim, vnam ex quatuor imperij urbibus, constituerit, & quam obrè nunc ex eo ordine sit amota. Nihil nunc etiã de ea emptione referam, qua ab Episcopo ciues ingenti eam pecunia cōpararunt. Nihil denique de ea obsidione commemorabo, qua grauiissimis est labefactata incommodis, à Lotharingiæ Duce, tempore Caroli VI. cuius præsidij libertati tandem est restituta. Metensibus porrò, fidei, religionisque Christianæ Apostolus fuit D. Clemēs, non quidem Pontifex ille Romanus, D. Petri successor, sed ipse, vt multorum perhibent scripta, auunculus, qui à D. Petro, ad salutarem Christi fidem docendam in Gallias missus, cunctam Lotharingiam, & Mediomatricum fines, ex hominum animis falsorum deorum cultu amoto, pluribus fanis, sacrisque vnus veri ac viui Dei delubris ornauit, primusque Metensium Episcopus fuit, apud quos prima oratorij fundamenta S. Stephano nuncupati, religiosi foelicibusque auspicijs posuit, cuius etiam hoc tempore structura concinna, cathedrali honore conspicua, apud Metenses videtur, quæ sola à funesto Hunnorum incendio, peculiari diuini numinis gratia, illæsa permanfit. Ab eo autem Episcopo, ad eum, qui hoc tempore Ecclesiasticum hoc loci clauum moderatur ac regit, Illustrissimū Cardinalem Guisum, perpetua & nunquam interrupta successione LXXXI. enumerantur. Quæ verò iuris, ciuilisque politiæ administrandæ ratio in hac vrbe obseruetur, in indice latius explicabitur.

METS.



44 La petite place  
 45 Le temple des Huguenots  
 46 Le cimetière des Huguenots  
 47 S. Croix  
 48 Le pont S. George  
 49 Metzelle, rivière...

- |                               |                             |
|-------------------------------|-----------------------------|
| 1 Les Augustins               | 24 Le Palais                |
| 2 La porte S. Etienne         | 25 S. Gregoire le vieux     |
| 3 La porte Metzelle           | 26 Le manoir S. Pierre      |
| 4 La porte des Allemands      | 27 S. Vincent Abbaye        |
| 5 La porte S. Barthe          | 28 S. Etienne               |
| 6 La p. du pont S. Frey       | 29 S. Marce                 |
| 7 La p. du port des Mores     | 30 Place appelle le Sang    |
| 8 Les grilles                 | 31 Molin à blé, & pour pul  |
| 9 La Citadelle                | 32 Moulins à poudre         |
| 10 S. Clotilde, femmes        | 33 La paroisse S. Pierre    |
| 11 Le magasin de la citadelle | 34 S. Eloy                  |
| 12 L'Abb. S. Pierre, fem.     | 35 Les greniers de la Ville |
| 13 L'Abb. S. Marie, fem.      | 36 Muequiere                |
| 14 S. Jean, paroisse          | 37 Les Carmes               |
| 15 S. Martin, paroisse        | 38 S. Sulpice, Abb. de fem. |
| 16 Les Celestins Religieux    | 39 Les Cordeliers           |
| 17 L'hospital                 | 40 La Mais. de mardani      |
| 18 S. Sulpice                 | 41 Les prescheurs           |
| 19 Les Evescheurs             | 42 S. Jacques               |
| 20 L'Abbaye S. Arnoul         | 43 La grande place de       |
| 21 S. Victor en change        | 44 Le champ d'assise        |
| 22 L'Eglise Cathedrale        |                             |
| 23 L'Evêché.                  |                             |



# VESONTIO, BESANSON.

*Byzanz.*



**V**ESONTIO, magnifica & celebritate longè maxima præstans, Sequanorum, in Celtica Gallia, vrbs, vti naturæ beneficium, ita ad hostiles propulsandos insultus, Dubis ambitu, & validissimis ædificiorum propugnaculis probè munita, nunc Burgundiæ comitatu circumsepta, ciuitas est imperialis, & Metropolitana, nomē retinens, mutata litera V. in B. vt Romanis, & Vasconibus pronunciandi mos est. De cuius origine, ob insignem antiquitatem, nihil ferè certi publica in scripta relatum inuenitur. Ligurinus præcellens poëta, qui vitam, & res, à Friderico Imperatore gestas, cognomento Barbarossa, conscripsit, hunc in modum de Vesontione loquitur.

*Has tibi Metropolis. & primi nominis vrbes  
Chrysolim placidam, Lugdunum siue Viennam  
Quæq; tuos spumante mari Prouincia fines*

*Claudit Arelatum, varijs obnoxia ventis.  
Chrysolim Dubius, reliquas perlabitur annis  
Maximus Allobrogum Rhodanus dominator aquarum.*

Quam verò ob causam, Ligurinus Chrysolim eam nuncupet, Gilbertus Nepos se ignorare fatetur, nisi fortè, more poëtico, incredibili vicini territorij felicitate, & percōmoda situs ratione, permotus, id ei nominis, non immeritò tribuerit. Siluosis etenim, & viniferis cincta montibus, piscibus & delicatissimi morū fructuum affluentia, diues, tanta etiam frumentorum vbertate præstat, vt, quemadmodum vniuersæ Italiæ Sicilia: ita totius Burgundiæ granarium, semper sit habita. Situm habet etiam hoc tempore, qualem Cæsar, in Comment. lib. I. descripsit. Vesontio inquit, maximum Sequanorū oppidum, natura loci sic munitū, vt magnam, ad ducendum bellum, daret facultatem, propterea, quod flumen Alduabis, vt circino circumductū, penè totum oppidum cingit, reliquum spatium, quod non est amplius D. C. qua flumen intermittit, mons continet, magna altitudine. Ita, vt radices eius montis, ex vtraque parte ripæ fluminis, contingant: hunc murus circumdatus, arcem efficit, & cum oppido cōiungit. Hæc Iulius Cæsar. Nunc verò Dubis fluuius. Vesontionem, magna ex parte interfecat. Dubius, siue Dubis nunc dicitur. Veteribus Alduadus, quibusdam etiam Alduabis, Gallicè le Dux, oreins circa montē Iuram, Sequanos ab Heluetijs diuidēs, lapsusq; per comitatum Burgundiæ, montem Bellicardum, Insulam, ac Clareuallem castella perluit, & posteaquam Byfontinam hanc urbem interfecat, dehinc Dolam oppid. præterfluens, circa Veredunum castrum, non longè à Cabellonenſi vrbe, Arari fluuiio, cui nunc Saona, nomen est, miscetur, ad Sequanos prorsus pertinens. Mirandum autē in modum urbem hanc Vesontinam veneranda commendat antiquitas, quæ à Iulio Cæsare, ob bellicosam gentis fortitudinem, & summum libertatis studium, culta semper, & obseruata fuit. Tantas siquidem suo æuo Vesontinorum vires fuisse commemorat, vt Principes etiam Alemanos stipendiarios habuerint, atque ad eò, Athenienses vectigales effecerint, & obsides dare cōegerint. Tunc etiam, cum Orgetorix, apud Heluetios longè nobilissimus & ditissimus, regni cupiditate inductus, nobilitatis coniuratione facta, suis persuasisset, vt de finibus suis, cum omnibus copijs exirent, perfacile fore, cum virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. itaq; constituit ea, quæ ad proficiscendum pertinerent, comparare, iumentorum & carrorum, quàm maximum numerum cōemere, se mentes permagnas facere, vt in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis ciuitatibus pacem & amicitiam confirmare, ad eas res conficiendas, Orgetorix deligitur, is sibi legationem, ad ciuitates suscepit, in eo itinere persuadet Castico, Catamantaledis filio Sequano, cuius pater regnum in Sequanis, multos annos obtinuerat, & à S. P. Q. R. amicus adpellatus erat, vt regnū in ciuitate sua Vesontina occuparet, quod pater ante habuerat, itemq; Dumnorigi Aeduo, fratri Diuitiaci, qui eo tempore principatum in ciuitate sua obtinebat, ac maximè plebi acceptus erat, vt idem conaretur, persuadet, eiq; filiam suam in matrimonium dat, perfacile factū esse, illis probat, conata perficere, propterea, quod ipse suæ ciuitatis imperium obtenturus esset: nō esse dubium, quin totius Galliæ plurimum Heluetij possent, se suis copijs, suoq; exercitu, illis regna conciliaturum confirmat. Cæterum cum Orgetorigis detegerentur conatus, deq; eo sumptum esset supplicium, foedus cum Vesontinis Heluetij ineūt, vt per Burgundiam ipsis transitus pateret, obsides sese daturus, quod nihil in transitu damni, eorum agris sint illaturi. Vnde facile adparet, quantæ Vesontinorum, eo tempore, vires fuerint. Quas magni etiam ipse Cæsar fecit. Nam post confectum Helueticum bellum, cum Diuitiacus Aeduo, quantam in Sequanos Ariouistus Germanorum rex crudelitatem exerceret, copiosa oratione explicaret, simul etiam probabiliter, paucis annis futurum, adfirmaret, vti omnes à Galliæ finibus, à Germanis pellerentur, atque Rhenum transirent, & Cæsaris tandem opem implorabat, vt Galliam vniuersam à summa Ariouisti iniuria, qui superbè, crudeliterq; imperabat, defenderet, posse etenim cum vel autoritate sua, atq; exercitu, vel recenti victoria, vel populi Romani nomine, deterreri. Hac oratione Cæsar commotus, cum legionibus & priuato etiam colloquio, elatum Ariouisti animum emollire non posset, congregiendū tandem sibi cum barbaris, & efferatis Germanorū copijs, intellexit. Itaque, re frumentaria, quam celerrimè potuit, comparata, magnis itineribus ad Ariouistum contendit. cumq; tridui viā processisset, nunciatum est ei, Ariouistum cum omnibus suis copijs, ad occupandam Vesontionem, oppidum maximum Sequanorum, contendere, triduiq; viam, à suis finibus processisse. id, ne accideret, magnopere præcauendum sibi Cæsar existimauit, quòd id oppidū, natura loci, sic munitur, vt magnam, ad ducendum bellum facultatē suppeditaret. Ad hæc, cum Iulius etiam Cæsar, omnes Rheno vicinas vrbes, à Basilea Mogunitacum vsque, Romano subiecisset imperio, ipsisq; præsidia, Gubernatores, & capitaneos imponeret, cumq; vniuersum Rheni tractum, in prouincias distribuisset, illarūq; Gubernatores magnificis illustrasset titulis, & omnium prima ac maxima Heluetios, Burgundiones, & Basileenses contineret, voluit, vt eius gubernatori ac Principi, inclutam, vrbs hæc Byfontina sedem, præberet, cui cæterarum prouinciarum gubernatores parebant. Quorum alter post eum præcipuus, in Basileensi ditione semper hærebat, vt caueret, ne Germani Rheni flumen traicientes, Romanorū ditiones turbarent. Ex quibus sane facile cōstat, quantæ olim dignitatis hæc vrbs, prisca apud Romanos temporibus fuerit, licet tum ea non fuerit structuræ magnificentia, qua se nunc commendabilem reddit. nihil etenim ferè tū ambitu suo aliud Dubis continebat, quàm quod est versus S. Quintini montem, & S. Ioannis ac Stephani phanū respicit. Dubis etiam fluuii aluicem, plateam vulgò Ronchoux, fuisse affirmant. Muri autem, quorum Cæsar meminit, & Dubi fluuiio, vtroq; ex latere claudi adfirmat, etiam hodie conspiciuntur, & S. Stephani montem à de la Croze, separāt, quorum initium à porta scissa, vulgò Taillee, quæ est rupes ferro, in vsum portæ excavata, ad portā vsq; Mali passus, vulgò, Maupas, deducitur. Sunt qui adserant, turrim S. Quintini, quæ antiqua est domus nobilis & patritij Vesontini, quondam huius vrbs portam fuisse. Alij, idē de porta nigra adfirmant, quod ex per antiquis vetustatis monumentis, conijciunt. Huius etiam vrbs portas puro quondam auro contactas fuisse, constat, qua de causa, Chrysolim nuncupatam existimant. Et, quamuis Vesontina monarchia, tantæ non fuerit dignitatis, atq; potentia, quantæ olim Romana: tamen publicorum ædificiorum magnificentia, proximè ad eius famā, ac gloriam adcessit, vetusta siquidem in hac vrbe loca, quæ olim Romæ, conspiciuntur, quæ Pantheon, Campus Martius, Dianæ, Mineruæ, campusq; Lunæ, columnæ, vulgò semper Latine dicta, multaq; hic alia prisca vetustatis monumenta consistunt. Archiepiscopatu etiam Vesontina hæc vrbs inclarescit, cui primum S. Anthidius pōtifex præfuit, missus ab Irenæo Lugdunēsi Episcopo, viris religiosus ac doctis, qui Christianæ fidei in cunabula ac rudimenta traderent. Basileensis deinde tractus in Vesontinæ Ecclesiæ diocesi, siue administratione fuit, donec iuxta sanctionem, quæ in volumine legum Franciarum extat in hunc sensum: Singulæ ciuitates suos Episcopos habento: proprium Episcopum acceperit.



VE SONTIO  
SEQVANORVM  
GALLIS BESANSON  
GERMANIS BZANTZ



VE SONTIONIS  
ANTIQUISSIMAE CELEBERRIMAE Q  
SEQVANORVM QVI IN CELTICA GALLIA  
BVRGVNDIAE COMITATVS NOMINE  
CENSENT VR METROPOLIS IMPERIALISQ  
CIVITATIS DELINEATIO  
Soli Longitudo Graduum XXII. Minutorum XX.  
Latitudo vero Graduum XLVII. Minutorum XXXVI.  
COLONIAE VBIOR. O. D. LXXV.





# BLANMONT.

**B**LANMONT, Lotharingæ opp. mediterraneum, à Nancio, lapide sexto, & decimo, à præpotenti Argentina, distans, Lotharingæ Ducis matrem, hoc tempore agnoscit dominam, ad quam viduitatis iure, mortuo marito, Lotharingæ Duce, peruenit: non magnum quidem, sed pulchrum est, & amœnum. A qua tamē pulchritudine, Anno Christi, M. CCCC. VII. in D. Laurentij Protomartyris vigilia, plurimum amisit. Quia etenim confœderatis vrbibus atq; Principibus contra Carolum, Burgundiæ Ducem, coniūgeretur, longa, diuturnaq; obsidione pressum est ab Heluetijs, & Ducis Austriæ, Sigismundi, militibus, qui cum tandem oppidum captum inuasissent, & insatiabilem, furiosamque militarem libidinem, rapinis, ac spolijs expleuissent, ablatis octo pulueris tormentarij, quæ ibi reperta sunt, dolijs, bellicis etiam tormentis non paucis, & ea annona, qua biennio, se strenuè potuissent defendere, igni oppidum vniuersum perdiderunt. Sed quantum eo tempore Burgundiæ Dux miseriarum & calamitatum Lotharingæ, & huic quoque oppido intulit, tantum in ea rursus est passus incommodi, quādo in ea, uti gregarius miles cæsus, strenuus esse Princeps desijt. Dum etenim apud Nancium, cum Heluetiæ confœderatis, qui Francorum Regis merebant stipendia, infœlicem, & temerariam conferit pugnam; Exiguas siquidem copias, in quibus vix duo erāt millia, idonei ad pugnam, niuoso die, duobus hostium opponebat agminibus, quorum vnum secundum flumen; alterum via, militari ab Villa Noua, aduenerat; Heluetij ad decē millia, maiore numero Lotharingi, & Germani fortiter instructi, & recentes, ad eō, ut imbecilles essent, aduersus istos, & attenuatæ Caroli vires: Pugnavit tamen ipse imperterritus, imperatorem ac militem agens fortissimum, perinde, atque ineuitabili fato, in exitiū suum rueret. Sed postquam omnia vidit dissipata, in conferto confossus fuisse dicitur peditatu, ut homo ignotus, qui die tandem tertio, inuentus est nudus inter mortuos, facie ad glaciem cuiusdam torrentis, aut paludis, congelata. Maluit (ut creditum est) mori ingēs animus, quā in regis venire ludibrium. Cognitus primum est, à quodam ministro, seu cacula suo Baptista ab Columna, & ab Matthæo Medico suo Lusitano genere. Cognitus per vngues manuum, quos longiores omnibus alijs gessit: Per vulnus pugna herricia, in collo acceptum: per dentes inferiores amissos, certasque alias corporis notas. Vulnus præter alia habebat lethale in temporibus capitis. Sic humiliata Dei voluntate tanti Principis superbia, & immodicus fastus, libidoque regnandi insatiabilis. Per longum tempus interfectum esse vulgus hominum negabat, sed viuere adhuc illum pertinaciter prædicabat, credique voluit. Ita Carolus in terra hostili occubuit, & quem nemo poterat vincere Regum, sua semetipsum temeritate & cæcitate vicit & extinxit. Apud Nancium in maiori templo, iuxta D. Georgij aram, cuius semper habuit venerabile nomen, collocatur. Tribus porrò potissimū ornamentis haud contemnendis, hoc oppidū nobile est, Castro veteri, spatioso, atque magnifico, cui palatium nouum Ducis, venusta structura insigne coniunctum, non minimum oppidi ornamentum videtur. Tertium verò, omnium iudicio, existimo esse id, quod incolæ plerunque omnes, agriculturæ dent operam, viri proinde sint boni, ac integritate conspicui. Veteres, siquidem, ut Cato, vir sapiens, & rei rusticæ assertor, testatur, quoties virum aliquem probum ac bonum commendare vellent, Bonum Agricola, tanquam summo encomio, vnoque verbo, efferebant, ut puta, qui eo exerceretur negotio, quo nihil antiquius, nihil, non grauissimorum modò hominum, sed etiam Dei Optimi Maximi testimonio, honestius, nihil eorum, ex quibus aliquid acquiritur, libero homine dignius, nihil denique suauius dici, excogitarique potest. E sacris siquidem oraculis constat, antiquissimam, ante alias omnes artes, agriculturam iam inde ab initio humani generis extitisse. Neque Osym, neque Dionysium huius disciplinæ repertorem, sed Deum Opt. Max. hoc vitæ genus instituisse. Nam Adam & eius filij, agricolæ fuerunt. Item Noë, vineam plantauit. Abraham, Isaac, Iacob pastores fuerunt. Saul ab asinis, Dauid ab ouili, ad scepra vocatus. Elizeus, & Amos, è pastoribus facti prophetæ, Ozias, agriculturæ deditus legitur. Syrach agriculturam cum primis efferēs, eius opera tenere aratrum, stimulo agitare boues, saginare vaccas, & cætera cōmemorat. Quid multa? Christus ipse gloriatur, patre se agricola fuisse, subinde suggerens, vitis, ac ouium, ac pastorum parabolas. Nam cum hæc ars sit maximè innoxia, & sine qua mortales nec viuere, nec ali posse manifestum; optimi quique, & sanctissimi viri, hanc amplexi, & veteres, eam dixerunt proximam quasiq; consanguineam sapientiæ. Cicero iustitiæ, diligentia, parsimoniam magistram appellat: nonnulli, omnium artium parentem, atq; nutricem. Sed hæc fortasse, pro istius loci conditio.

ne, de agricultura copiosius.

BLANMONT

SEPTENTRIO

BLANMONT AV PAYS  
DE VAVGE EN LOREYN



Depingeb. Georgius Hofnagle






F Y M B A R G V M

LIBRARY  
MUSEUM

LIBRARY  
MUSEUM



M. V. D. N. T. M. V. I.



LYMPURCH.



Limburgum oppidum Galliae Belgi-  
 cae, vulgò Lymphurch, gallicè, Lembor dñr.  
 Hanc Orbis Lymburgensis iconem perhumaniter nobis communicavit  
 onicum illud huius patriae decus R. D. Remachus Lymburgus Me-  
 dicinae Doct̃or. Et apud D. Paulum Legidij Canonicus dignissi-  
 mus, quam optimè de re literaria meritus.



- |                                   |                    |                          |
|-----------------------------------|--------------------|--------------------------|
| 1. La tour Jehan le Westi.        | 8. Dolhen Vilaige. | 14. Chemin de Liege      |
| 2. S. George Eglise parochial.    | 9. L. hospitale.   | et de Maftrichte         |
| 3. La haillie maison de la Ville. | 10. Biffen.        | 15. La Riviere de Weste  |
| 4. Le Chateau                     | 11. Montagne de    | 16. Jardin de Meſſir Je- |
| 5. La porte de haul.              | Biffen.            | han de boſes.            |
| 6. La port de Chateau.            | 12. Wilere.        | 17. Les Sarre ſanti-     |
| 7. La port den bas.               | 13. Mons dicte     | 18. Hadrimons.           |
|                                   | Ruyſel.            |                          |






The text on this page is extremely faint and illegible, appearing as a series of light grey lines and shapes. It seems to be a dense block of text, possibly a list or a detailed account, but the individual words and sentences cannot be discerned.

## H V V M.




V V M, oppidum & antiquitate, & primaria dignitate, inter Condruos præstans (sunt autem Condruus, Belgarum populi inter Eburones, qui nunc Leodienfes dicuntur, Segnos, & Treuiros, quorum erant clientes, Mosæ fluuiio, & Arduennæ Syluæ finitimi) situ admodum amœno, superbo, ac pereleganti, viridi ac pabulosa in valle, inter præcelsos Condruus montes, Mosæ fluminis ripas illustrat. Eius primordium scriptores in diuersa rapiunt. Claudius Champerus lib. de vrbium oppidorumq; origine, ex Lucio Tungrensi, Hunnorum Duci, Cambro, nomine, huius oppidi originem tribuit, qui loci opportunitate commotus, oppidum probè munitum, ad confluentem Mosæ constituens, Hoynim nominauit, quod nunc, Huy, dicitur. Ioannes Marius autem, virum, in Condruorum patria, summa nobilitate illustrem, anno decimo quinto, ante salutarem Iesu Christi natiuitatem, nomine Hoys, primum eius oppidi lapidem posuisse, de quæ suo nomine, Hoy, nuncupasse, affirmat. Vulgò deniq; ab amni, ex vicinis collibus, iuxta pagum Huelainge scaturiente, nomen consequutum putatur. Qui quidem amnis, copiosi riuii instar, per agros & reliquos Condruus pagos, defluens, pluuioso celo, & collectis, diuturna ex niue aquis, subito excrescit, ac tanto cum impetu exundat, horrendoq; fragore, ac strepitu, planè furere videtur, vt ob violentiam, nomen furiosi, ab accolis acceperit, A Mosæ tandem, iuxta lapideum Huy pontem, absorbetur. Multis verò vsibus, magno Huenfis, viciniquæ populi commodo, ac emolumento, conducit, eò, quòd versatilibus molis, frumento frangendo, materia papiracea contundenda, ferrugineis operareis, Coreaceis, ac pannorum tinctoribus, maximo compendio, inseruiat. Eius enim generis opifices, tam in ipso oppido, quàm vicino in agro, fabriles, mechanicasq; officinas, frequenti numero habent. Abundat insuper hic riuius delicatissimorum piscium copia, truttarum præsertim, cancrorum, fundulorum, aliorumq; eiusdem generis. Miram hoc oppidum antiquitatem redolet, magnificis ciuium ædibus, decenter ornatum, ac monumentis, vetustatem testantibus, clarum. Floruit olim, ac latius pomeria extendit sua, veruntamen, quoniam, vt hominibus, ita & vrbibus sua sunt peculiaria fata, & nihil mortaliù in cœtu perpetuù sit, rerùq; vicissitudine, velut æstuario quodã fluxu & refluxu ferantur omnia, vix dici potest, quantis bellorù, aliarumq; calamitatum ærumnis, atque periculis sit labefactatum, adeo quidem, vt nunc quasi collapsum, & pristinã dignitate ac gloria omnino destitutù videretur, nisi, diuina fauente gratia, moderatores Huenfis prudentissimi concessi fuissent, generis, virtutum, ac morum nobilitate clarissimi viri: D. Ioannes Hustinus ab Outremont: D. à Lamina, & potentissimus ille Otho Briemont, D. de Frature, strenuus atque æquissimus Huenfisum prætor, & Condruorum Satrapes, multis ab hinc annis consulari dignitate illustres, qui immortalis, & familiæ & nominis gloria, superioribus annis, quibus vniuersa Gallia Belgica funestissimis concutiebatur armis, cum maximo vrbium aliquot, ad Mosæ ripam detrimento ac damno, adulterinæ religionis propugnatoribus, inuictos Atlantes, atq; Achilles sese opposuerunt. Quibus non huius modò oppidi, sed totius Condruus incolæ, tanquam ancoris sacris vsi, non passi sunt, ar. ab ille Catholicæ fidei vnitatem, dissectis peregrinarum religionum sectis, turpiter secari. Adeo quidem, vt non minus præstantissimis his viris, quàm Fabricijs olim Romani, Scipionibus, Lentulis & Fabijs, optimo iure ciues & accolæ debeant. Hi etenim, non sine laudum elogijs commemorandi viri, ea prudentia, cura & diligentia, politiam Huenfisum hæctenus, quemadmodum & hoc tempore, administrant, vt calamitatum bellicarum omnia oblita, nunc tandem respirare videantur. Multi in hoc oppido natalium, & maiorum gloria clari ac nobiles viri, ædes, pro dignitate & stemmatum decore, amplissimas incolunt, qui in Condruo, agroq; vicino instructissimas domos, villas suburbanas, pomarijs, vinarijs, aruis, apricis locis, nobiles, & ad voluptatem spectantium ornatissimas, habent. Quarum aliquæ non tam ædium, recreationis gratia, constructarum, quàm castelli, pinnis, turriculisq; conspicui, formam atq; effigiem præbent. Huc æstate, animi recreandi, corporis exercendi, valetudinis conseruandæ, & nauisæ tædium excutiendi gratia, concedunt, circa brumam, ad sua, quæ in vrbe tecta habent, redeunt. Multa & varia artium illiberalium genera, hoc loci inueniuntur. Inter ea autem, pannorum textores, & qui ferrum ex terræ visceribus eruunt, principem locum obtinent. Natura siquidem Huenfis benigna, blando eos aspiciens vultu, non modò multas ferri fodinas, ex quibus plurimum ad eos lucri, annuatim redit, sed & laxissima latifundia, larga manu, ipsis concessit, quæ vberimas ex se fruges, & generosa vina, pro anni lociq; constitutione, annuo scœnore producant. Hinc vulgus, ex vitium cultura, sibi suisq; vt plurimum, victum quæritat: Ingens siquidem hic copia vini producitur, eaq; præstantia nobile, vt cœnopolæ hoc vini genus, pro vino Gallico partim hospitibus propinent, partim ad alias longinquas regiones, sicuti & Leodiense, nauigio, per Mosæ flumen & carris euehant. Quod si quempiam loca aprica, prata, aut pascua delectent, plantiem amplissimam, quæ hæc omnia abundè suppeditat, habes, in quibus oculorum delectatione, odoriferas herbas, flores, gratum odorem spirantes, & loca pabulosa, viridi vndiq; gramine vestita, conspicias. Si iucunda te venatione, vel aucupio, reficere iuuat, syluosi sunt montes, colles, conualles, arboreta, feris, auibusq; scatentia. Si piscari lubet Huelainge Amnis nauicularum patiens, præsto est, piscosa subest Mosæ, quæ cymbis ludibundos vectores ferens, piscantium votis respondebit. Si deniq; Christiana religio tibi cordi est, si Deum, pijs orationù hostijs, placare desideras, Basilicam habes magnificam B. Mariæ virginis, Saluatoris Iesu matri dicatam, amplissimo Canoniorum collegio illustrem, in qua aliquot Leodiensis Ecclesiæ Antistites, fundatores, honorificè sunt sepulti. Præclara hæc Canoniorum societas, multis summis atque magnificis est exornata viris, inter quos summum dignitatis locum meritò obtinent, R. Dominus Decanus Seeff, & D. Gerardus Frepontinus, viri morum probitate, & eruditione conspicui, antiquitatum amantes, & studiosi. Sunt & præter alias paræcias, in hac vrbe non paucas, egregia virorum, ac virginum cœnobia. Ac primùm quidem, religiosa Cruciferorum societas: meridiem versus, circa vrbis mœnia, Cœnobium habet in monte, situ peropportuno, & opere clarum. Mons clarus, siue aerus, non sine ratione, dictus, tum, quia clarissimi ordinis, primam sustineat domum atque foundationem, tum etiam, quia mira aëris clementia ac salubritate gaudeat. Is autem locus, varijs temporum iniurijs, & belli calamitatibus, plurimis annis affectus, ac habitatoribus vacuus, desolatusq; tandem Anno salutis M. CC. XXXIII. sub Eppano XXXVII. Leodiensium Antistite, pristino nitore restitutus, nouis & magnificis ædificijs restauratus, auctus & exornatus conspicitur, cui, post sanctæ memoriæ pijsimi, ac religiosi patris Theodorici Vbachij obitù, hoc anno M. D. LXXIII. summa cum laude nunc præest, R. D. Antonius Frisennius, generalis totius ordinis præses, hæctenus cœnobij Hornensis Hollandiæ oppidi Prior, qui ad cœnomiam conuentus reuocatus, paucis post diebus, vnanimi, totius ordinis, consensu atq; applausu, Generalis Cruciferorum Societatis Præpositus designatus, & electus est, Anno salutis M. D. LXI. profecto SS. Petri & Pauli, vir vite sanctimoniam & pietate clarus, vigilantissimus dominici gregis, sibi cõmissi, pastor, ædificiorù, ruinam minitantù, & collapsorù, prouidus renouator, adeo, vt secundus cœnobij fundator, iure, & haberi, & dici mereatur. Reliqua oppidi Huenfis cœnobia sunt, fratrum Minorum & consecratarù Deo virginum monialiù S. Aldegundis, Albarum virginum, S. Quirini, & S. Victoris, extra muros, à Nortgero XVI. Leodiensium Præsule, erectum, qui multorum sacrorum locorum, pijsimus illustrator extitit. Cui hoc tempore præest, sub visitatione R. Domini Vessemij Benedictini S. Iacobi Leodiensis, Prioris Bertricensis, viri vitæ integritate, ac rerum gerendarù dextera, experientiaq; præstantissimi, nobilis Gallia, vitæ probitate, & industria, omnibus commendata, Iacquelina à Vuarigni. Sunt quoq; in vicino vrbis agro, plurimæ monasteriorù foundationes, bene dotatæ, vna noui templi, quam Canonici ordinis S. Augustini incolunt (quos Regulares vocant) fundata ab O. berto, quondã XXVII. Leodiensi Episcopo, Dominici sepulchri titulo, sub Alexandro XXIX. Leodiensi Antistite, à Mellisuo D. Bernardo Clareual. lenfi Abbate, qui ibidem, eo tempore, Leodio rediens, hospitio honorificè exceptus, ob elegantiam recentis ædificij, Nouum monasteriù, in hodiernù vsq; diem, est cognominatù. Cui nunc præest singulari naturæ bonitate, & vitæ probitate. R. D. Iodocus Dorio Abbas dignissimus. Est & aliud eiusdè ordinis, monasteriù, cui Flonen nomen ad Mosæ ripam, & ad montiù Hasbania fauces, amœnissimo loco, sed angustiore exstructù: Cui nunc præest vir, morù integritate & humanitate clarus, R. D. Abbas Balduinus à Busco. Sunt insuper tria alia Monialium ordinis Cisterciensium. Alterum vallis dominarum, opulentissimù. Alterum, quod pax Dei nomen habet: Tertiu verò, Solis, eiusdè ordinis, nemoribus vndiq; cinctum. Porrò, in monte præcelfo, ciuitati incumbente, sita est arx Regalis, vbi Leodiensium princeps criam aulicam aliquando habet, quam potentissimus ille Erardus de Marca, Cardinalis, & Episcopus Leodiensis, nimia vetustate nutantem, à fundamentis restaurauit, turribus & propugnaculis valde munita, præcipua inter eius opera, quæ multa & magnifica reliquit, adnumeratur. Hanc Benefactã appellitât. Est in ea incredibilis altitudinis & profunditatis puteus, & Sphæristerium, in quo nobiles & alij Aulici, pila ludentes, animi relaxandi gratia, & exercitio, calorem natium excitante, sese recreant, sibi ipsi appetitum languidum concitantes. Sunt & alia, in Arce loca, aspectu iucundissima, elegantissimaq; ab Illustrissimo, & immortalis memoria dignissimo Principe à Groesbeck, aucta & renouata. Est deniq; aliud in oppido opus magnificum, atq; pulcherrimù, Pons, ex lapide viuo, quadrato, & secto, multorù arcuù, & fortibus nitens pilis, qui vtramq; Mosæ ripam, & partem oppidi minoris, quæ trans flumen est, maiori ciuitati coniungit. In hoc ponte aëris est mira salubritas, ac in plurima oppidi vicinaq; elegantissima loca, vnde quaque aspectus panditur. Adeo, vt qui Huiusmodi exteri, tam ex Gallia, quàm Belgio, & alijs regionibus veniunt, tria spectatu dignissima videre cupiant: Ecclesiam Maiorem, officijs diuinis mirificè decoratam; Castrum amœnissimo loco situm: Et rari operis pontem, vt in Prouerbium abierit gallicum, Nostre Dame, le pons & le Chateau, sent à Huy trois beau ioueu. Ita & Argentorati, quædam ternario numero, singulari celebritate commemorantur: Altissima summi templi turris: Armamentarium vrbis, & inusitata magnitudinis Monocerotis cornu: Ita & apud Venetos tria quædam, præ multis alijs magnificis rebus, commendantur, Campanaria D. Marci turris, Armamentarium, Arsenal vulgò, & incomparabilis, Reipub. thesaurus.

- |  |                             |
|--|-----------------------------|
| 1. Arce Regalis.   | 6. S. Severinus             |
| 2. Summa B. Virginis, et collegiata Ecclesia.            | 7. Alba Moniales            |
| 3. Cruciferorū domus prima, et generalis totius ordinis. | 8. S. Petrus                |
| 4. Horologium.   | 9. Coenobium S. Quirini.    |
| 5. Minorite.   | 10. Monasteriū novi templi. |



HVM OPP. CONDVSORVM CAPVT  
 Cuius graphicam et genuinam picturam, accuratissimè  
 delineatam, ad topographicum hoc opus exornan-  
 dum, nobis communicauit Eruditissimus vir,  
 D. Remaclus Limburgus, Medica professione  
 Clarissimus, Et D. Pauli apud Leodienses  
 Canonicus, insignis Studiosorum Mecenas &  
 fautor Anno partæ salutis. MD. LXXIII.





*[Faint, illegible text within a decorative oval frame]*

*[Faint handwritten text or markings on the right margin]*

# NAMURCVM.



**N**AMVRCENSIS Comitatus, Brabantie, Hannonia, Leodiensisq; prouinciae limitibus concluditur, angustis finibus coarctatus. Prouincia est valde montosa, sed utilis ac pulchra. Ferri nempè probi fodinis scaret, & cauis, subterraneisque locis, è quibus nigrum ac rubrū, mixtum. que marmor eruitur: & alius, ad excindendum eximius lapis, effodi solet. Magnam quoq; salis nitri vim atque copiam praestat. Porro, recens in ea lapidis genus est inuentū, qui subnigrum carbonem vnduosum, alendis & concipiendis ignibus, quale in Eburonibus cernitur, vulgus Hoillam appellat, exhibet. Nobiliorem eam, celebrioremque reddunt Mosa, & Sambra limpidissima, fluij, qui eam interfecant, ac lambunt, magnisque commodis afficiunt. Densis syluis vestitur, quæ proceras, elegantes, & vtilis arbores gignunt. Oppida quatuor muris cincta, numerat: Namurcum videlicet, Bouinam, Carlimontem, & Vallicuriam: pagos verò centum octuaginta, & aliquot opulentas Abbantias. Est autem Namurcum, vrbs totius prouinciae præcipua. Quam ob causam, nouus Episcopatus, ei est impositus. Originem nominis habet satis obscuram. Auctores enim quidam graues scribunt, à se, an ex alijs, haud scio, ab Naino, Gentilium Deo, appellatum: eum in montis vertice, ad cuius radices sita sit, habitasse, & cultum fuisse, omnibus ad eum opis consilijue gratia ventitantibus, responsa dare consuèsse, post verò Christi aduentum (Materno prima fidei Christianae fundamenta collocante, qui totum Eburonum agrum, ad suaue Christi iugum inuitauit) prorsus obmutuisse, inde Namurcum vocitatum. Alij hanc urbem à Romanis, tanquam inexpugnabilem rupem, exstructam esse, referunt. Ipsos Nouum murum nominasse, vnde postea Namurci, siue, vt alij perhibent, Namurræ, appellatio, corrupta sensim voce, facta sit. Sita est inter duos mōtes, ad lauam Mosæ ripam. Ad occidentem, Sambra Namurcense oppidum alluens, id duas in partes interfecat. Mosa pertransit, exituque dein suo, in eam sese regurgitat. Abest Louanio, octo Belgicis milliariibus, decem Leodio, vndecim Bruxella. Pulchra est & amœna, arceque, loco edito, conspicua, longius se videndam præbet. Ea in arce præclarum est Canonicorū Collegium, fundatione ac sumptibus Comitum olim institutum. Sunt & aliæ duæ, in ciuitate ipsa, Canonicorum collegiatæ Societates. Altera, in Ecclesia, D. Albano sacra, quæ Pauli quarti pontificis maximi auctoritate, Hispaniarum rege Catholico petente, in Cathedralis est euecta, cuius primus omnium Antistes designatus confirmatusque est, Reuerendissimus D. Anthonius Hauetius, insigni doctrinâ, & verbi diuini administratione clarissimus, multis annis, in aula Bruxellensi, Ecclesiasticis munere, summa laudis celebritate functus, omniumque proinde iudicio, dignus & idoneus iudicatus, qui ad Episcopatus honorem eueheretur. Altera Canonicorum Ecclesia est B. Mariæ virgini nuncupata, idque, vt annales perhibent, D. Materni, primi Tungrorum Apostoli, auspicijs. Monasteria etiam hic aliqua sunt, vtriusque sexus, inter quæ principem ferè locum obtinet, fratrum, instituti D. Francisci, cœnobium, non modò sumptuosa, & celebri splendoris structurâ, sed fratribus, doctrinâ, pietatisque ornamentis illustribus, & optimis verbi diuini præconibus, celeberrimū. Multa sunt insuper in ipso comitatu cœnobîa splendida, Namurcensium comitum olim pietate, constructa, & opimis honorata redditibus. Inter quæ, maximam dignitatis laudem meretur, siue edificiorum nitorem & elegantiam, siue religiosorum fratrum, pietati candidatorū frequentiam probitatemque, siue Cœnobiarchæ pietatem, prudentiam, eruditionemque consideres, quod apud Floressiam, Præmonstratensium familia incolit. Cuius prima iacta sunt fundamenta, eodem ferè tempore, quo circa annum Christi M. C. X. X. D. Merberto autore, Præmonstratensium ordo initium cœpit. Huic autem cœnobio, multis ab hinc annis, optimè præfuit, R. D. Guilielmus Doupeus, Abbas, singulari dignitate pollens, in quo nec pietatem, nec eruditionem, nec in rerum administratione prudentiam, desideres, studiosorum, & doctorum hominū Meccenas, & promotor præcipuus, qui in hoc ferè totus incumbit, vt primū domi suæ, tum apud alios etiam, quorum ipsi cura est commissa, monasticâ disciplinam, sartam, teetamque conseruet. Et sicubi fortè, aut temporum iniuriâ, aut hominum negligentia colliabi cœpit, pristino eam nitore restituat. Eius Reuerenda dignitas, tanquã gratissimus patriæ ciuis, Namurcensis prouinciae conditionem, subiecto elegiaco carmine, doctissimè descripsit. Ornatur insuper hæc ciuitas, multo abhinc tempore, illustri Comitum titulo, annuoque, nec exiguo prouentu, quondam marchionatus dignitate, commendata. Sed in ea sedes perpetuas fixit, totius huius Comitatus consiliū, quod appellant delectorū litibus iudicandis virorum, à quo tamen ad Mechliniensem principis Senatū, prouocatur. Habebat quidem Bruxella Ecclesiasticam curiâ, in qua cōtrouersia omnes, eius Brabantia partis, discutiebantur, quæ Diœcesi Cameracensi parebat. Nā tota Brabantia, hinc non cōparebat, sed eius pars, quæ Leodiensem agnoscebat Episcopum, Louanij, coram tribunali istic ei constituto, litigabat. Nunc singula diœceses, nouis, paucis ab hinc annis, episcopis creatis, adscriptæ, singulis episcopis parent, vt Machlinia cum suo territorio, Archiepiscopo Mechliniensi, Antuerpia, Buscoducum, Namurcum, Antuerpiensi, Buscoducensi, & Namurcensi episcopis, &c. Gens armis dedita, Principique suo deuotissima. Gallicam, at degenerem linguam, vsurpat. Videtur nihilominus, ciuilioris vitæ studiosa, & ad nonnullas artes ingeniosa. Mercatores paucos habet, & artifices. Nobilitate verò, ita pollet, vt æquè diuersas familias ostendet, quæ generis sui auiti splendorem, ad illustrissimi sanguinis principes, & auctores haud incerto referant.

*Quisquis naturam cupis huius noscere terra,  
Hanc tibi per paucis versibus expediam.  
Vnica, ni fallor, tota est prouincia rupes,  
Exili gleba, teeta superficiem.  
Rennuit hinc validum, pr adurus agellus aratrum,  
Insidias quodd ei, saxa dolosa parent.  
Arescit tellus, nimium si deficit imber,  
Saxa q; nimbo sis, heu, reteguntur aquis.  
! Hinc à quingentis memoratur plus minus annis,  
Hæc regio ferè, tota fuisse nemus.  
Auguribus sunt hic aptissima tesqua peritis,  
Aspera dumosis, non adeunda iugis.*

*Terra ferax ferri est, sed penè siliginis experts,  
Triticeo farri nec bene conueniet.  
Zea petris gaudens, his passim crescit in aruis,  
Quæ farri nescit cedere triticeo.  
Saltibus & lucis magna pro parte repletur,  
Nec non vitiferi collis abundat ager.  
Manantes riuui, vitreis de fontibus orti,  
Per valles crepitans, saxa q; murmor agunt.  
His genitos annes, vmbraacula frondis opacant,  
Non posset Musis, aptior esse locus.  
Hic dominatus habet fluuios, Sambra q; Mosam q;  
Nauigeros, tamen est, q; Mosa, Sambra minor.*

*Sit licet ipse minor, multo est piscosior illo,  
Et maiore beat fertilitate solum.  
Metropolitanam, qui postquam perluit urbem,  
Protinus in Mosæas, exoneratur aquas.  
Nostraq; sylua feras, dum pascit aprica fugaces,  
Horrida setigeris, tota nigrescit apris.  
Præ reliquis regio est, argenti marmore diues,  
Quo surgit docta, sæpè toreuma manu.  
Quedam saxa rubent, niueis interlita punctis.  
Porphyrius passim creditur esse lapis.  
Nauigio celeri, varium per clima feruntur,  
Pescere quisque potest, vsibus apta suis.*






# NAMVRCVM



NAMVRCVM, preclara ad Mosæ flumen ciuitas, ad  
 viuum expressa, & operi nos fr̃o Geographico exor-  
 nando, adiec̃ta, cuius picturam perbenigne nobis  
 communicauit, Reuerendus ac eruditissimus vir,  
 D. Arnoldus Masius Exanius S̃ Theologia Profes-  
 sor. et Canonicus Namurcensis dignissimus, de re litera-  
 ria bene meritus. Anno a C. nato, CIO. IO. LXXV.



ROYAL



[Faint, illegible text covering the majority of the page, likely bleed-through from the reverse side.]

# TRAIECTVM AD MOSAM.



**T**RAIECTVM, vrbs in finibus Eburonum amplissima, ad vtramque fluminis Mosæ ripam sita, & lapideo ponte iuncta, fornicibus decem, accuratissimâ structura confecto, à traiciendo flumine, nomen habere, constanti historicorum sententia perhibetur. Eius incolas Bethasios, Tacito dictos, Marlianus existimat, qui Cæsaris commentaria, indice copioso illustrauit. Quamquam nescio, vnde Ammianus Marcellinus acceperit, Obtrinsence Mosæ oppidum, quo Traiectû super Mosa situm, intelligere videtur, nisi fortè id à Tungris sit mutuatus, qui Traiectum, in *Tricht*/mutarant. Et, quia Traiecti nomine duo oppida vocabatur, alterum inferius apud Batauos, alterum superius in Thungris, hoc, *Oppertricht*/id est, superius Traiectû, & Syncoptos, *Optricht*/vocatû: è quo Obtrinsence oppidum, Marcellinus fecit: Illud *Wters Tricht*/id est, Exterius Traiectû, & concisè, *Wtricht*/nominarût. Quæ verò pars Traiecti ad Mosam, Orientali littori adiacet, *Wicf*/vulgari idiomate dicitur. De vtriusque origine, antiquitate, nomine, ac tutelari diuo, hunc in modum Matthias Herbinus, Scholæ Traiectensis Rector, à Ioanne Tritemio, Abbate Spanheimensi cõmendatus, libello de Traiecto instaurato, scribit. *Wicf*/ex vico, Latino nomine tractum, & vsurpatum esse videtur. Hanc autè interpretationè inde coniectura colligo, quòd ille locus, antequam ciuitas ad tantam amplitudinem, in qua nunc est, veniret, fortè vicus paganus erat. constat enim ex antiquis historijs, ciuitatem hanc post aduentû B. Seruatij maximè auctam, & ampliata hominibus, muris, & ædificijs. Ita, quæ tunc vicus paganus erat, nunc est referta viris vrbis, & tamen antiquû nomè retinet, quod ex appellatiuo, longo vsu, propriû factum est; quod sæpè apud priscos accidisse comperimus. Nam & tota ciuitas nostra apud illos, Via Regia appellabatur, qua per eam Romani Reges, qui ijdem Imperatores, vel eorum legati, Tungrim, nobilissimâ tunc Galliarû Metropolim, iter facientes, transibant, cumq; ad Mosam peruenissent, qui ponte carebat, traiectione opus erat. à traiciendo ergo flumine Mosæ, Traiectum est nuncupatû, quo vocabulo Iulius Cæsar, tam eloquens, quàm bellicosus, in Cõmentarijs suis vtitur sæpè. Et, quoniam Cæsaris mentio facta est, libet hic de Cæsare aliquid interponere, quod ad rem nostram attinet. Quoniã ex claris fundatoribus vrbes non nihil gloriæ sibi solent vindicare, vt Cõstantinopolis à Cõstantino, à Romulo Roma. Primordiû itaq; ciuitatis nostræ cõdendæ, Iulius Cæsar fuit, qui cum multis ac magnis prælijs Galliã, Germaniamq; oppressisset, Traiectû, conuenientissimû locum hybernandi copijs suis, delegit. Conspecterat enim prudentissimus Imperator, quòd is locus, seipsum facillè muniebat, & nihilominus alimenta viuentibus abundè suppeditabat. Habet enim ad Austrum saltus apricos amoenissimos, pabulationibus iumentorû aptissimos. Ad occidentè & septentrionem, patentes campos, satorum fertilissimos. Nam ad orientè Mosa est, infinitis vsibus accommodus. Cui in modum semicirculi adiunctû vallum, omnia castra girando tuebatur, super cuius aggeribus positi sunt postea muri antiqui ciuitatis, qui vsq; in hodiernum diem apparèt, & non nihil fortitudinis afferunt. Hæc hæc tunc deducta eò spectat, vt si nobis gloriandû sit de antiquitate, antequam saluator noster humanã carnem assumeret, anno circiter octauo & septuagesimo initiati sumus: si de fundatore, à Iulio Cæsare originem traximus; si de nomine, à traiciendo flumine Mosæ dictum est Traiectum, quum aliquando Via Regia appellaretur. Si de præfidente Patrono, atque ampliatore, B. Seruatio plurimû obligati sumus, qui pontificalem sedem primus huic vrbi intulit, in qua viginti episcopi resederunt. Pauca igitur ciuitates in procinctu nostro sunt, quæ de his æquè possunt gloriari. Nam aut non tam antiquæ, aut à minus nobili conditore fundatæ, aut non tam digno præfidente atque ampliatore memorabiles. Cùm Cæsar oppidum construxerat aggeribus, impleuit Romanis, nam lingua latina vsi sunt per multa tempora, vt ex certissimis indicijs adhuc apparèt. Et præcipuè omnia coram Scabinis & Consulibus negotia Latine acta sunt, vt constat ex diuersis adhuc actis, ac literis hæreditarium transactionum infra 200. adhuc annos Latine scriptis. Hucusque Herbinus. Ciuium pars Episcopo Leodiensi, pars Duci Brabantie (qui nunc est Inuiciff. Philippus Hispaniarum Rex Catholicus &c.) paret. Qui vtrique, suos ibi habent Præfectos, ædilesque. Senatus, Romanorû more, quotannis nouus creari solebat. Bini videlicet Coss. cum XII. Procos. ac Quæstore. ex vtriusque Principis plebe, sed propter turbas, quæ non solû huius oppidi Remp. sed totius Belgij statum paucos ante annos vsq; deq; miserrimè agitarunt, is Senatus constituendi mos interruptus est: Senatu iam per Principû deputatos ordinato, vsq; ad eorûdem reuocationem perdurante. Primaria Traiecti Ecclesia, supra crypta exigua, in qua S. Seruatij corpus, miraculis clarum, sepultum erat, opere, reliquijs sacris, Canonicorum societate, & amplissimis redditibus nobile, S. Seruatio nuncupata est, religione ac pietate ciuium (vt Vsuardus Martyrologio suo, iussu Caroli magni conscripto) vel à Monulpho Tungrensi Episcopo, vt Beda testatur. In qua etiamnum eius ossa, quemadmodum & sex ex ordine successorum, cum multis alijs præstantissimis reliquijs, religiosè asseruantur, quæ ex Octauienfi Galliæ vrbe, S. Seruatius, Hunnorum deuitans tyrannidem, huc transtulit, quarum gratia ex remotissimis orbis partibus, vt pote ex Styria, Croatia, Sclauonia, Hungaria, Bohemia, Elfatia, totaq; Fræcia, alijsq; innumeris regionibus, & maximè singulis septennijs, dum sacræ reliquiæ potissimum ostenduntur, turmatim homines aduolare consueuerunt. Fuit autem S. Seruatio eximie sanctitatis Tungrorum Episcopus, qui, (vt Gregorius Turonensis lib. 2. Hist. Francorum cap. 5. & lib. de gloria Confessorum, cap. 12. Libro item de Miraculis, scribit) vigilijs, & orationibus vacans, crebro lachrymarum imbre perfusus, misericordiam Domini precabatur, ne vnquã Hunnorum gentem incredulam, in Gallias venire permitteret. Sed sentiens per spiritum, propter delicta populi, hoc sibi non fuisse concessum, Romã ad B. Petri tumulum se contulit, vt adiunctis sibi Apostolicæ virtutis patrocinijs, quæ flagitabat, mereretur facilius obtinere. Ibi verò multis diebus sese oratione & inedia affligens, responsum accepit: Deliberatione domini sancitum esse, Hunnos Galliam depopulari debere, ipsius autem oculos, ea mala non visuros. Contra Euphratem Pseudo Episcopum sententiam suam protulit in concilio Agrippino. Multû autem inter Galliæ Episcopos commendatur à Sulpitio Seuero, Traiectensium Seruatio, aut Seruatio, vt ipse loquitur, Tungrorum Episcopus, qui Arimini minis & terriculis Arrianorum non celsit, sed contra eos fidei professionem edidit. Sed & Athanasius, magnus ille fidei propugnator, præclare eius meminit. Magnentius Legatus mittebatur à Constantio ad Constantem fratrem. Is tyrannus Constantè occidit, & occidentis Imperiû anno trecentesimo, quinquagesimo, Augustoduni occupauit. Accusatus est statim Athanasius, quòd cum Magnentio egerit de interficiendo Constante, vnde ad Constantinum Apologiam scripsit, in qua inter testes innocentia suæ, primû nominat Seruatium Episcopû, qui ad Constantem aliquando à Maxentio, pro legato missus fuerat. Petrus de Natalibus Episcopus Aquilinus, qui S. Seruatij vitam accuratè conscripsit, vltra trecentos ipsum annos vixisse, tradit. Leodiensis Hagiologium, S. Seruatio, inquit, natus anno salutis XXX. Anno Tiberij Cæsaris XVI. Assumptus in Episcopû Tungrensem, Anno ætatis suæ CCLXXXVII. Syluestri pontificis Anno XIII. Anno Cõstantini Magni XVIII. sedit in Episcopatu annis LXXVI. Obijt anno ætatis suæ CCCLXXIII. Hic sedem Episcopalem Tungrensem Traiectû transtulit, cui ibidem XX. successerunt. Penultimus autem successor fuit gloriosus & inlytus Martyr, Lambertus, qui Leodij, pro Christi nomine, sanguinem suum profudit, cuius discipulus atque successor, Hupertus, loci sanguine Magistri, ac prædecessoris sui consecrati affectû tactus, Episcopalem eò sedem transtulit, cui hoc tempore, Reuerendissimus, Illustrissimusque Princeps ac D. Dominus Gerardus à Groesbeck, cum magna Reipub. Christianæ incolumitate, emolumento ac gaudio, præest. Præbet Traiecto plurimum vtilitatis Iecora, fluuius exiguus quidem, sed subinde niuibus resolutis, aut immodicis imbribus ita exundans, vt pagis, ædibusq; vicinis, non parum detrimenti inferat. Profilit non procul à Centronibus, Tungrosq; allués, Traiectû, sinuosus se confert, in cuius suburbio in duos diuisus alueos, totidem etiam locis oppidum intrat, ibiq; rursus altero alueo in plures se pandente, maximam molitoribus, fullonibus, tinctoribus, coriarijs, alijsque opificibus, ciuiumq; domibus, commoditatè adfert. Demum Franciscanos præterluens, omnes suos alueos in vnum cogit, sicque oppidum effluens, in Mosam se exonerat. Quin & illud memorabile, quod passim in vicinis Traiecto locis, potissimum verò in Gronsfeldt, fabulofè terræ visceribus eruantur lapides, præstantissimi autem in pago Zichen, vt putatur duriores, ac diuturniores. At deterrimi in Hunnorum monte, in quibus præter conchiliorum species, in lapidem induratas, animalium quoque ossa reperiuntur, vnde conijcere quis possit, eos montes ex diluuij æstibus, aggregatos. Deniq; quia tantæ vrbs magnificentia breuiori cõmentario explicari non potest, auidum lectorem ad accuratissimam Guiczardini Belgiam remitto, qui interiora Traiecti ornamenta diligenter perscrutatus est. De eius item ponte, nomine, & primo fundatore, quædam etiam Hubertus Leodius, cõmentario de Tungris & Eburonibus. Et Io. Beccanus Medica professione clarus, in suis Becceselanis, in hac vrbe Traiectensi vita functus & terræ commissus.



Mons Honorum vulgo  
Der Hüßberg.  
MIE  
RIDIES

SEP  
TENTRIO

TRAIECTVM ad Mosam, orbs et natura loci, munitiombusq., et populi frequentia, et edificijs, et Ampliss. Canonicoꝝ Collegij nobilis, Speciem præbet orbis duar, coniu gente eas ponte magnifico. Cuius iconem, ad Topographi cum hoc opus exornandum, Venerandus Et Egregius vir D. Simon à Bello Monte Ecclesie S. Seruatij Traiecten: Sa cellanus, sua indus Fria et penicillo ad viuum accuratissi me expressam, contulit.

- |                                      |                                      |                             |
|--------------------------------------|--------------------------------------|-----------------------------|
| 1 S. Seruatij Canonicoꝝ Collegiũ     | 16 Coenobũ virg: vulgo: Den hejart   | 31 Port: Aungrefis, Lousi   |
| 2 S. Mariae Colle: Cano:             | 17 S. Andrej, Ditt: Der magden dries | et Brocellensis             |
| 3 S. Iohani Bapt: Ecclesia Parochia: | 18 Den Neuwen hoff.                  | 32 Port: Dießfifis Et An    |
| 4 Parochia S. Nicolai                | 19 S. Hilarij                        | uerpigijs. 33 Port:         |
| 5 Parochia S. Alait: in foro lignar  | 20 S. Vincentij                      | Hochana Sive Ruem:          |
| 6 Parochia S. Mart: in opp: Wick     | 21 S. Euerghij                       | 34 Port: S. Mart: in Wick   |
| 7 Augustinensjs.                     | 22 S. Georgij                        | 35 Port: Augustis, Ditta,   |
| 8 Dominicani                         | 23 S. Mariae Ad litus                | Hochbrug: port: in Wick.    |
| 9 Franciscani                        | 24 S. Catharine. [formithus          | 36 Port: cum foro Pifaw:    |
| 10 Cruciferi                         | 25 Pons Mofe lapideus decem ostiis   | 37 Port: carbon: superior   |
| 11 Bogardi                           | 26 Coll: et domus Societate: Iesu    | 38 Port: carbon: inferior   |
| 12 Antonice [Tuanicoꝝ                | 27 Prætorium [Wick                   | 39 Port: cum carri horlo:   |
| 13 Ecclesia Et Domus D.D.            | 28 Dom: Præpositi Mersens in         | 40 Port: captiuoz, in eode  |
| 14 Loffardi                          | 29 Infirmarum publicum               | fore. 41 Pars exterior opp: |
| 15 Alba virgines.                    | 30 Porta S. Petri.                   | quam ciuitatem noui fac: a  |

REV. R. A.

[The main body of the page contains several columns of text that are extremely faded and illegible. The text appears to be arranged in a structured format, possibly a list or a series of entries, but the individual words and sentences cannot be discerned.]

RECEIVED BY THE

# HYPRA.




**CIVITAS HYPRANA**, in occiduo Flandriarum tractu constituta: à Septentrione 160. circiter stadijs distatem habet Oceanum Germanicum. A meridie verò stadijs 48. flumen Lisam: quorum vsu & oportuna cōmoditate variæ à concur rentibus mercatoribus exercentur nundinationes, omnibusq; ad communem victum commodis & necessarijs abundè suppeditatis fruitur. Ob gentis autem Fládricæ prioribus sæculis, aut ruditatē, aut scriptorum penuriam, tū quòd hæc loca præsertim maritima, olim inculta fuisse credantur, partim quòd antea, quàm Flandri miranda industria cum ma ri pugnantes obices, claustraq; seu cataraças Oceano obiecerunt, legemq; ipsi imponentes, suis littoribus concluderūt, omnia latè æstu marino, certis horis perfundebantur. Partim quòd olim diuersorum examina populorum, vt putà Hunnorum, Vandalorum, Gothorum, Nordmannorum, Danorum, Cymbrorum, Saxonum, Alanorum, aliorum ex aica Septentrione, alijs alijsq; temporibus subinde erumpentia, hæc, alijsq; Flandriarum loca, primo impetui & excurfui obnoxia, barbarica ditore, omnia obscuriora sint difficilioraq;, quàm vt certi aliquid in medium afferri possit. Hoc pro comperto habemus, circa annum 1100. præteritum nominatum. Cuius rei fidem facit quædam Decretalis Gregorij P apæ, non. tit. De alienatione Iudicij, c. ex parte. Deinde hoc certo con stat, Ferrandum Flandrorum Comitum Francorum armis Duaco & insulis, alijsq; vrbibus profligatum, & ad interiora Fládricæ compulsam, Hypram, velut commodam belli sedem, sibi delegisse, eamq; amplissimis fossis, firmissimisq; propugnaculis, ad Gallorum impetum, hoc lo co frangendum, sistendumq; munivisse, qua seruata, Flandriam sibi seruata persuadebat. Eius enim latè patent limites, ac Iurisdictio. Mul tum feruet vis ac copia, vt ab eo, qui non viderit res, credi non possit. Multi enim & varij in his pagi sunt, qui 2000. 3000. & 4000. & plura ho minum quos vocamus Comitantes continent, tantaq; plebis multitudine, splēdore, numeroq; ædificiorum, veram vrbis faciem habeant, vt his ornamentis, multas muro vallatas vrbeis, easq; alioqui famatas longè superent. Qui ferè omnes lanificio, aut agriculturæ diligentem im pendunt curam & operam, tantaq; aded sunt diligentia, vt ab ijs eatur in terræ viscera, quibusq; suos stercorent, innouent, & emendent cam pos, magno sudore cretaceam quandam effodiunt terram, quam Plinius in naturalis Historiæ libro Margam suo tempore, ab indigenis voca tam, (quod nomen etiam hodie retinuit, atq; in Belgis 27. Margam genera, quibus coloni suos pastinabant feracioresq; cogebāt esse agros) lib. 17. cap. 8. latissimè describit. Quare omnis comprimis ager optimi ferax est tritici, hordei, præterea auenæ, fabæ, pisi, viciz, lini, lupuli, ra pi, brassicarum à M. Varrone tantopere laudatarum, aliarumq; frugum: bonam coloni faciunt sementem, ex lini rapiq; semine copiosum ex primunt oleum, pullis gallinacis, caponibusq;, qui alijs nationibus sua magnitudine admirationi sunt, equis robore, & animo præstātibus, belloq; grauis armaturæ equitibus vtilissimis, inuictissimisq;, equabus verò labori fortiter ferendo aptissimis, gregibusq; magnarum ouium fœtura multiplici, Regio fœcundissima, Boum, vaccarumq; nutritrix optima: pressi casei, niuei lactis, pinguisq; butyri abundantissima, vsque aded, vt hebdomatum diebus ferè Sabbathi magno numero, cōfluxuq; hominum Atrebatas, Artesij, Hannonij, Cameracenas hinc sua esculē ta comparent. Deniq; vt finem his faciam, ager est torrentibus & riualis lætus, innumeris diues & amœnus pascuis, nemoribusq; cæduis, arbu stis dumisq; suauissimis, altis arboribus, varijsq; pomorum generibus, magna cura & opere confitus. Vina verò tum Francica, tū Germanica, tum Hispanica, nouo deniq; orbe nata, fluuiorum rex magnusq; pater abudè subministrat Oceanus, vt hac in regione, nihil eorum desiderare possis, quibus tanto perè & meritò laudat, & in cœlum vsq; extollit suam Vergilius Italiam, vt non iniuria Maroni occinere possimus: Laudi bus Italiæ iam certet Flandria diues. Quo pacto autem nauigio huc omnia commodè afferantur, restat vt dicamus. Torrès quidam Hypra no mine, qui loco nomē dedisse putatur, panno tingendo admodū vtilis, mediam præterlabitur vrbem: is cū sit exiguus, mira tamē industria ca taractis varijs interiectis, factus est magno labore, sumptuq;, nauigabilis, nec hæc cataraça, aliarū more nauibus transitum patefacturæ aperiū tur, sed clausæ manent perpetuo atq; decliuo in longū deducta, qua aqua decurrunt tergo, ergatis, cochleis, orbibus, machinisq; tractorijs to tæ naues mercibus onerata, exiguo minus quàm centum, halecum cupas, seu vasa continentes, magna vi, in superiorem attrahuntur alueum, aut in inferiorem præcipites aguntur, nauigijs nihil inde incommodi patientibus. Fládrica ingenia hæc in remirentur & stupeant meritò, cū Vegetio Euclides & Archimedes. Quod si ficca incidens æstas nauigationem destituat, plena luna magni maris aperiuntur cataraça, æstusq; marinus breui spacio totum per 90. aut 100. stadia alueum fossilem complet, claustrisq; æquoreis conclusis interceptus & Hypræsis feruire iussus Oceanus torrentem denuò nauigabilem efficit. quid non vbi intenderit humana potest industria? quid non mortalia pectora cogit aua ri mercatoris auri sacra fames? Hypra itaq; tertium Flandriæ membrum solo felix & fœcūda, mercimonijs diues, opere & natura loci, ciuium quæ virtute ciuitas est munitissima, quod hinc liquet, quòd anno 1383. Anglis vrbem continua trium ferè mensium obsidione prementibus, & varijs insultibus fortiter vrgentibus, re infecta inglorij tandem discesserint. Ciuibus propria sua suburbia, quæ erāt amplissima, incendio cō fumentibus, nē hosti auxilio & solatio essent, suamq; Hypram, strenuè fortissimèq; defendentibus, à Ioanne Oultre, bellico equestris ordinis viro, tunc temporis Burgrauio seu Castellano, populisq; Capiteano, ad benè fortiterq; pro focus & aris pugnandum, animatis. Administratur autem Hyprensiū Resp. more aliorum oppidorum Flandriæ, per priuilegia, vsusq; & consuetudines. Magistratus habet trinos, Prætorē sum mum, ac Prætozem portanum, & Scultetum à Burgrauio constitutum. Constat & horum Senatus ex Aduocato & Scabinis (quos vocant) tre decim, ijsq; ad morem aliarum ciuitatū creantur annui. Item Burgrauiū, seu Castellatum habet & Municipalem domū quam Castellaniā no minant, quæ prima est septem aliarum Flandriæ occiduar. Huius iurisdictio latè patet, domū habet egregiā amplissimamq;, foro coniūctam, in qua causæ forenses, iudiciaq; popularium Castellaniæ subiectorum tractantur deciduntq;. Ciuitas verò domum habet ciuicam foro ex positam, structura & admirabili longitudine, amplitudineq;, & turri quadra altissima insignem, quam indigenæ Hallas vocant, in qua (dictū incredibile) nullæ aranearū telæ peniles, ne araneus quidem vllus sit visus vnquam. Quidam natiuæ trabium proprietati id tribuunt, qui au tem rem Phycicè magis penitusq; rimantur, totam hanc lignorum trabiumq; molem ex Dania Nord vvegiatq; mari iniectam, falsoq; innantē Oceano Hypras pertractam, marinaq; salugine maceratam, corruptioni putrediniq; factam esse nullo modo obnoxiam disputant. In hac ea dem bis per annum celebres & magnæ sunt nundinationes, præsertim in lanificio, cuius vt cæteri omnes penè Flandri semper fuit studiosissi ma, quæ non modo domestica, verum etiam ab Hispanis, Anglis, & Scotis, Oceano mari aduecta vtitur lana, quam in varios pannos confiat, & miro artificio alijs atq; alijs, qui desiderari possint, coloribus infectam, tintamq;, in omnes orbis prouincias peregrini efferunt & distrahūt mercatores. Populi autem religiosa pietas ex ædium sacrarum splendore & magnificentia, magnarum turrium mole ornatarum, ac procul conspicuarum, colligi potest. Sex habet parœcias, multa hominum frequentia celebres. Item quatuor monasteria, quatuor mendicantiū ordi nibus consecrata, præter alia multa tum virorum, tum virginum, tum pauperum cœnobia, & xenodochia. Inter quæ omnia facile longoq; in teruallo primas tenet templum monasteriumq;, D. Martino, Augustinoq; sacrum. Namq; vt hic & huius domus diuitias, templiq; magnitudi nem opere lapideo, testudineq; concamerata pulchritudinem taceamus, hoc habet peculiare, quòd sede Episcopali ex Morinorum ruina huc deducta, ad inuictissimi Regis Hispaniarum, Flandriarumq; Comitum Philippi secundi preces, per summum Pontificem Pium quartum, An no 1562. fuerit decorata. Primus ex commendatione Regia Martinus Rythouius, ob suam per vtramque Germaniam prædicatam longè late que piam eruditionem, eruditamque pietatem, Episcopus institutus est, qui ardenti desiderio, indefessoq; labore, vt bonum Epi scopum atq; pastorem decet, magna cum suorū gratia, beneuolentia & pace, deuia reducere, collapsa erigere, luxa ta consolidare, pingua custodire, stantia confirmare, benè & fœliciter inceperat. Indies fœliciter pergat, & in ædificationem suorū, & laudem Dei, cui omnis honor & gloria, opti mē fœlicissimeque perficiat.



HYPRA FLANDRIARVM  
CIVITAS MVNITISSIMA.

Faint, illegible text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through or ghosting.



DAINKERCKA

Handwritten text, likely a list or inventory, including names and possibly dates. Some words are difficult to decipher due to fading and damage.

Second section of handwritten text, appearing as a continuation of the list or inventory.

Third section of handwritten text, containing more entries from the list.

Fourth section of handwritten text, possibly a summary or final entries.

Fifth section of handwritten text at the bottom of the page.

Faint, mostly illegible text on the right side of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



## DVINKERCKA.



**D**VINKERCKA, Maritimum Flandriæ oppidum, à Balduino Comite circa annum Christi X M. LXVI. prima fundatione excitatum, tribus milliaribus Grauelinga, & quinq; Nieporto distans. Paucis ab hinc annis incolarum diligentia, ciuitatis benè ornatae laudem est consequuta. Nam decenti murorum ambitu ad securitatem ciuium cinctum, etiam sumptuosis priuatarum ædium est exornatum structuris. Præstitit hoc ipsi, portus, multarum nauium capacis, opportuna commoditas, incolarum frequentia, & negotiationis mediocris tractatio. Verum Galli, subita & fraudulenta expugnatione hoc oppidum deformatum, eo bello, quo Anno salutis M. D. LVIII. Calefium, & vicina aliquot oppida Anglis eripuerunt. Quæ res, vt eam paulo altius repetam, sic habet. Calefium, quod & Caletum à nonnullis adpellatur, Odoardo, Anglorum Rege, captum ab Anglis fame fuit, vndecimo mense, post horribilem illam, contra Philippum Sextum Regem Gallia commissam, ad Cretium pugnam, Anno Christi M. CCCXLVI. quantum quidam referunt. Quam pugnam, Paulus Aemilius, libro ix. diffusè narrat. Hoc oppidum igitur, Angli possederunt, CCXI. annis, magnaq; diligentia, & impensa, id præsidio semper firmarunt. Tantiq; referre putarunt, Angliæ Reges, eo potiri: vt, hoc saluo, se Gallia clauis in oculis habere, dicerent. Nec hoc quidem falsò. Quoniam, ex hoc, in continentem, pro animi sententia, milites suos exponebant. atque hinc, maximos in Gallia progressus, perpetuò fecere. Sed tandem à Gallis oppugnatum, expugnatumq; fuit. Anno M. D. LVIII. mense Februario. Quæ res sic habet. Galli, Calendis huius mensis, magno silentio exercitum ad Neomambrigæ pontem, Arcem munitissimam, Guiso duce, quàm celerrimè perduxerunt, nullaq; omninò interiecta mora, ipsam, & Ratisbonam Arcem alteram, vno eodemq; tempore, simul obsidere, tormentisque concutere, cœperunt. Cum igitur Angli se vndique cinctos ab hoste viderent: & ei naues subsidio, ex Normania, Bononiaq; in dies aduentare: de sua salute desperantes, quod hæc sane ex insperato contingerent: & imparatis, animos proiecerunt. Quo adcedebat, quod qui Neambrigo ponti, præsidio collocati fuerant, tantum à tormentorum fragore metum conceperant, vt relicta turpiter Arce, sese Calefium recepissent. Risbanæ verò Arcis miles: intra horâ, vix obsessus, vtrò se, in liberam hostis potestatem, tradiderat. Quamobrem; Galli, clauis illas Calefij, vna cum perquam multis bellicis tormentis, atque eorum, & annonæ, adparatu haud exiguo, repererunt. Hanc enim victoriam prosequentes, subito Calefium adpulere. Cui oppido, tum præfectus erat Milordus Ventfurtius, vir imbecillis animi, minimaq; rerum experientia præditus. Oppido inerat, verus sexcentorum militum præsidium. qui ibi perpetuo stipendio addicti, nullis domesticis, externisque bellis, exercitati, non magnum vsum habebant rei militaris. Itaque Galli hoc oppidum, varijs locis principiò, tormentis tentarunt. Euestigio demum, Arcem, qua mare spectat, triginta tribus maioribus tormentis, adorti sunt. Cui, cum muri partem decussissent, eò sub horam noctis tertiam, trium Regum die, impetum fecere. Tunc enim maris æstus retrocesserat: & Mars Gallo fauens, noctem, notissima illic Luna in clarissimum propè diem, conuerterat, Angli paulum resistere, mox timore circumfusi, hac relicta Arce, Caletum sese proripuerunt. Ex quo oppido, ipsi duobus leuibus aduultibus in Gallos, qui in Castris auroram expectabant, in oppidum penetraturi, impressionem mouere. Sed adcepto damno, regressi sunt, ac pulsi. Quare certis conditionibus, sese, postredie dederunt. Nunc verò hoc oppidum quemadmodum & Grauelinga atq; Burburgum Hispaniarum Regem, vti supremum feudatarium agnoscunt Dominum.

## GRAVELINGA.



**F**LANDRIÆ, qua mare respicit, oppidum, ad fluuium Aa, medium quasi occupat, inter Calefium, & Duinkerckam, præcipua eius tractus, oppida. nam ab vtroque tribus tantum æquè milliaribus, distat, olim celeberrimi nominis, & famæ non contemnendæ, fuit, portum habuit amplum, stationi multarum nauium, & negotiationi idoneum. Sed pristini splendoris, Nordmannorum tyrannide, tum Gallorum incursionibus plurimum amisit. Nunc verò, incolæ forti prudentiq; consilio, & pecuniam contemnente animo, fossa lata, ac profunda, propugnaculis, & muro scitè affabreq; ædificato, oppidum suum, ab hostili incursione tutum effecerunt. Iuxta hoc oppidum, ad Cataractam Calerensem, Gallorum & Burgundiorum acies de summa rerum, magna virtute, dimicarunt, Et Egmondano Comite, Regis Philippi fortissimo duce, humiliata est Gallorum arrogantia.

## BVRBURGV M.

**B**VRBURGV M, etsi exiguum & pauper, vt Meierus scribit, Flandriæ oppidum, non nisi fossa, & muro terreo, ligneoq; palis compacto munitum, diu tamen multumq; Gallos exercuit, Anglis, qui id eo tempore tenebant, acriter resistentibus. vnico milliari à Grauelinga ad Colme fluuium, à Duinkercka, & Berga, tribus, & dimidiato, distat.

DVYNKERCKE.




GREVELINGE.



BORB.

ORCH.





## DORDRACVM.

**E**ST oppidum in Batauis peruetustum, in Merua fluuio situm, sed quia is fluuius ex Rheno, Mosa, & Linga fluminibus, qui eò decurrunt, oritur, quidam ad quatuor fluuios situm scribunt. sic enim effigiem oppidi ac situm, cum Philippus Hispaniarum Rex, Anno Christi M. D. XLIX. in id primum ingrederetur, possessionem capturus, exprimi iussit, & imagini hoc distichon inscribi.

ME MOSA ET VVALIS, CVM LINGA, MERVAQVE CINGVNT,  
AETERNAM BATAVAE VIRGINIS ECCE FIDEM.

His igitur fluuijs in insulam redigitur. Nam anno Christi M. CCCC. XXI. contigit, vt VValis ac Mosa fluuij, vnà cum mari continentem, in qua hoc opidum iacet, atque Brabatiæ iungebatur, inundarēt. quàm verò latè, crudeliterque, fatis inde liquet, quòd vicos, siue pagos septuaginta totos submerferint, absorpserintque. Numerus eorum, qui in ijs simul cū bonis omnibus perierint, æstimatur vltra centum hominum millia. Paulatim tamen huius absorptæ terræ quædam particulæ, solitis artibus eius prouinciæ, recuperantur. Pisces varij generis, Merua ijs locis, habet: Strutionibus & Sulmonibus, veluti circum Campenam Zuiderzea, quæ dicitur, planè scatet. Itaq; Dordracum quinque milliaribus Gouda, septem Ultraiecto, distat. Amplum est, pulchrum, ac potens, & elegantioribus ædificijs insigne. Summum templum, quod Marię virgini est sacrum, oculos mira pulchritudine pascit. Quicquid vini Rhenani in Belgium adportatur è Germania, quicquid frumenti ex Gelris, Cliuis, Iuliacensibus, & aliunde mediterraneis è locis, id omne in hoc oppidum, tanquam emporium, transuehitur. Quo nomine, tum alias ob causas, id creuit, & hominum multitudine perquam est frequens. Pugnares etiam homines, bellicosos, ac fortes, cū res postulat, nō hoc modò oppidum, sed & vniuersa Batauia, quouis tempore edidit. Ad eò quidem, vt Iulius Cæsar Legionem Batauicam, corporis sui custodia præfecerit, ei que primum ac præcipuum exercitus sui signum commiserit: cuius etiam ope & auxilio fretus, Britannia potitus est, & ciuili sæuiente bello, feroci eorūdem armatus potentia, profligarit Pompeium. Cuius deinde omnes successores Augusti, Batauorū fortitudine & fide commoti, eos tutelæ ac defensionis corporis, & primas in acies cooptarunt, vsque ad Vitellij Augusti tempora, qui maximorum beneficiorum, quæ à Batauica gente perceperat, immemor, eam Roma, totaque Italia pepulit, quæ cum Rheni flumen descenderet, Bonnæ (oppidum est inter Confluentes & Vbiorum Coloniam) in Romanorū legionem, cui Flaccus Ordionius præerat, incidit, à qua graue perpeffa damnus, viribus tādē ac armis sibi viam parans, Batauiam, natiuum solum tenuit, tandemq; à Vespasiano, eiusque filio Tito, in Italiam reuocata, ad pristinum dignitatis gradum restituitur, multisq; augetur honoribus, & priuilegijs, ob res præclaras, contra Britanos, Romanorum nomine, gestas, eamq; animorum fortitudine, rebusq; magnificè actis, consequuta est laudem, vt Tacitus Batauorum magnanimitatem, præ cæteris Germaniæ populis, vehementer commendat. A qua quidem eos, qui Dordracum incolunt, nunquam defecisse constat. Graui siquidem, & diuturno sæuiente bello inter Flandros, Gallos, Zelandos, & Batauos, Meridionalem Batauiam Ioannes Brabantia Dux inuadit, omniumq; oppidorum adeptus deditioem, præter Dordraci, eam ciuitatem decē dies obsidet, maioremque eius partem, per ignita missilia incendit. Tandem Dordracenses, duce Nicolao à Puteo, forti ac nobili viro, magnis viribus erumpūt, ac retro cedere singulari virtute, Brabantos cogūt, totaq; Zuuthollandia expellunt. Nec his cōtenti, vsq; ad Buscumducis insectantur, ferro, incēdioq; omnia deformantes, adeò, vt Busco etiam Ducis, firmo oppido, ignem iniicerēt per inflammatas sagittas: reuersi de hinc cum diuite præda per Fanū Gertrudis, vnde & Brabantos eiecerunt. Post hæc Nicolaus ille Puteanus, Dordracensium fortitudine, rebusque secundis elatus, maximos Hollandis suis fecit animos, mouensque cum illis Heifelmūdam, cum Flandris quoque feliciter dimicauit, qui, si verus est

numerator Ioannes Beka, cecidit hīc duo Flamingorum millia. Refert etiam Engerranus,

Anno salutis M. CCCC. LVII. sub exitum mensis Iulij, Dordracum  
incendio fortuito deflagasse, duoque millia domorum, & multos  
in ea clade mortales, periisse.



- |                                    |                                       |
|------------------------------------|---------------------------------------|
| 1. Grauw moncken closter           | 11. Die nieuwe hause                  |
| 2. S. Jacobs Gasthuys              | 12. Het bolwerck op de nieuwhuif      |
| 3. Engelburch                      | 13. Het groote hooft                  |
| 4. Brandenburch                    | 14. Die vuyshoort                     |
| 5. Gerrit cuerts Thooren           | 15. Die herbergen bytzen de vuyshoort |
| 6. Nieu bolwerck aen der helling   | 16. Die Poort van t'graz bolwerck     |
| 7. Het wijncopers Capel            | 17. Thoost oft veer in Swijnd         |
| 8. Sacraments Gasthuys             | 18. Het Stathuys                      |
| 9. Crans rodermont                 | 19. Het huys te merwe                 |
| 10. Den Thooren van doude staketen |                                       |






# LEIDA



**N**OMINIS huius vrbis originem, quidam ab Romanis vsque repetunt. Cum enim Prætor Romanus, prouinciam administrans, in ea sedes figeret, eique Legio attributa esset: ab Legionem, Leidam, corruptè dici suspicantur. Legiam enim etiam num Latinè, ab incolis adpellari. Alij à Ptolemæo Lugdunum Batauorum, ab Antonino Imperatore in itinerario, caput Batauorum vocitatum, scribunt. Qua ex re adparet, eam fuisse præcipuam. Hodie quoque laneis texendis pannis, clara, præscūtuetur decus. Pellibus item ad vestes concinnandis, atque membranis, nomen quaesit. Delphis abest tribus tantum milliariibus. Nec procul distat ab arce Britanorum, cuius reliquias, maris, à quo absumpta est, recessus, aliquando detegit. Anno nimirum. M. D. XX. Item, M. D. LII. & M. D. LXII. Ibidemque variæ descriptiones marmoreæ, rudera, fragmenta, & multa numismata, reperta sunt, atque in Hagam Comitum, vbi Hollandorum curia est, translata, quæ præcellens, huius temporis, Cosmographus, Abrahamus Ortelius Anuerpianus, summus, veneranda antiquitatis cultor, peculiari typo delineata, exhibuit. Eam autem arcem adparet à Claudio Cæsare (cui etiam Hollandiæ annales eam tribuunt,) exstructâ, in sua expeditione Britannica, cuius Suetonius, & Dion meminerunt, siue in commodiorem legionum, cohortiumque transuersionem, siue, quo milites hybernarerent, eo loci forsan, vbi C. Cæsar, antea in monumentum debellati Oceani, vt Suetonius auctor est, Phanum crexerat, ac postea à Seuero restitutum: consecratumque à M. Aurelio Antonino. Quemadmodum ex aræ inscriptione, in ruderibus eiusdem arcis inuentæ, constat.

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS.  
 BRITANNIC. GERMANIC. PIVS FELIX AVGVSTVS  
 PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. IIII. P. P. IMP. III.  
 ARA M. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA.  
 A. DIVO SEVERO, PATRE. SVO. RESTITVTAM.

Quod verò Romani ex huius continentis parte, in Britanniam traiecerint, ex eo fit verisimile, quod aduersa huic pars insulæ, locis antiquis, coloniisque maximè abundet, maximeque à Romanis culta fuisse videtur. Hactenus de Arce Britannica. Catorum, qui eo ex Germania migraverunt, vico, ad oram maritimam sito, vicina etiam est Leida. Præ cæteris vrbibus vna mundici studet. Mulieres in ea candore & forma nitent, quo nomine sibi placent. Denique præstat hæc vrbis adificiorum & vrbicarum viarum elegantia. Et arcem quidem habet fructuosis arboribus speramœnam, sed quæ cubiculis ad habitandum caret. Est verò in ea arce puteus longe profundissimus, & antiquissimus. A Romanis effossum aiunt. A quo Vassenarij veteris familiæ nomen suæ & insignia deducunt. Quam ob rem eum puteum illi, cum opus est, omni curant reficiendum diligentia. Nulla iam verò ex ijs mascula stirps superest. Communi autem, quod ad familias attinet, in Batauis elogio, quasi prouerbio dici solet, Vassenariam cæteris antiquiorem, Brederodiam nobilior, Egmondanam opulentior existere. Porro, pagus ab hac vrbe milliari, Vassenarum adpellatus, conspicitur. Sed eum deficientibus Vassenariæ gentis masculis, modo Comes Lignensis obtinet. Pestiferum factorem illum, Ioannem Leidensem, hæc vrbis tulit, qui se inexpiabili scelere Regem Anabaptistarum Monasterij VVestphaliæ vrbe, Anno Christi M. D. XXXIV. creauit. De cuius instituto, gestis, moribus, vita, exitio, & supplicio, plena est omnis memoriæ nostræ historia. Sed hæc quoque fuit eruditorum sui temporis quorundam patria. Veluti Petri Blommeuennæ Theologi, Ioannis Gerbrandi Historiographi, Engelberti Poëtæ, & Nicolai Leontij Rhetoris. Anno M. D. LXIV. ciuilibus Auriaci Principis, à religione bellis, inclaruit. Ab Hispanis enim ad aliquot menses obsessa, & ad deditiōem ab graui oppugnatione, & longa fame cogenda, tantos sibi in summo periculo, spiritus sumpsit, vt extrema quæque potius pateretur. Octobris demum die tertia, hostibus panico pauore, ob inopinatum Auriacæ classis adpulsum, percussis atque tandem fugientibus præter spem, liberatur.




Leyda, Bataurorum Lugdunum, vulgo Leyden. con-  
 cinnā edificiorum et incolarum frequē-  
 tia pulcherrimum nitidissimumq; opp-  
 ab Hispanis obsidione cinctum, ab  
 Auriacis autem cōmeatus inuectio-  
 ne liberatum Anno partē salutis  
 CIO IO LXXIII.

LEYDEN.







# HARLEMVM




LEMVM, natione Germanum, ut arbitror, virum, & manu promptum, & illustri genere clarum, huius vr̄bis conditorem ferunt, & ab eius nomine Herlemum, quasi herum, hoc est Dominum Lemum appellatam. abest Amsterodamo tribus milliaribus, ædificiorum tam domi, quàm foris elegantia præstat. Ei adiacent virentia prata, tum sylua peramœna. Quamobrem præter iucundissimũ in vicinos egregios pagos, munitiones & arces prospectum, eam aer ambit saluber. Hęc est omnium in Batauis vr̄bium maxima, & dignitate sanè secunda. Typographicam artem, in ea, à quodam fuisse se primũ excogitatam, constans ea vr̄bè, tota què prouincia Batauorum fama est. Quam opinionem scriptores nonnulli confirmant, & quidam priuatarum eius loci rerum commentarij. Verumtamen antequam artem perficeret, & eam ipse in lucem proderet, è viuis excessisse, eius famulum ob id Moguntiam concessisse, in qua vr̄be artem euulgarer, & eam ob causam acceptus perbenignè fuerit. Ex Meiero, & annalibus Hollandiæ, tum etiam cõmuni omnium, certa què voce liquet, fœminam quandam, in quodã Hollandiæ lacu, quæ vi tempestatis maris eò eiecta fuisset, Anno Christi. MCCCC. III. captam, marinã eam quidẽ ac nudam, & mutã, in hanc vr̄bem ductã fuisse, patrona vestibus eam statim induit, & ad panis, lactis, & cæterorum ciborum esum, assuefecit, filia eam ex colo deducere docuit, reliqua denique mulieris officia solita præstare. Christo crucifixo honorem exhibebat, genuaque flebat, omnesquè quas patrona cæremonias, peragebat. Multos annos ea vixit, semper attamẽ muta. Quod ne falsum quis putet, pro certo etiam memoratur, virum marinum, Anno Christi, M. D. XXVI. captum in Phrysiõ mari, hominibus nostris planè fuisse similem, barbatur, capillaturquè; reliquos item pilos habuisse, nostris nulla re dissimiles, at valdè setosos, & rudes. Edoctum & vesci pane, & cæteris cibis cottidianis. Sub initium agrestem admodum fuisse, tandem cicuraturũ, non tamen ex integro, nec vnquam locutus est. Vbi non paucos annos vixisset, peste correptum, à qua semel fuerat liberatus, interiisse. Porrò, uti narrant annales Hollandiæ, & Romam tum scripsit Gilberto Hortio Clarissimo Medico, Cornelius Amsterodamus, Anno M. D. XXXI. in Balthico mari propè Elepochum Noruegiæ oppidum, alter marinus vir captus fuit. Hic Episcopum infulis ornatum, corporis habitu penitus exprimebat. Eius imago per hominum manus volitauit. Dono datus Sigismundo Polonia Regi, scribitur, solumquè tridũ, quòd cibum capere noluerit, superfuisse, nullam vocem præter maxima quãdam suspiria prorsus edidisse. Hęc minus noua videbuntur, si quis quæ Plinius, ac cæteri de huiusmodi marinis hominibus, & quæ de Tritonibus & alijs marinis monstris, tum, quæ de terrestribus veluti Satyris, quos Hieronymus agnouit, & Faunis perscripsere, leget. Quia verò de Tritonibus, nunc incidit sermo, placet & ea, quæ Damianus Goës in Olisiponis enarratione, non iniucunda lectu, de iisdem conscripsit, subiungere. Ad latus, inquit, montis, quod ab oceano patet, iuxta oppidum in Lusitania Sintram, sub rupe procumbente in pelagus, antrum est, quod accedente alluitur oceano, fluctusquè introrsus recipientes, salo spuma permisto, recipit in sese, in quo Tritonem concha canere olim visum, nostrũ vulgus existimat. Quod ad locum quidem attinet, constanter quicquam affirmare non audeam, propterea, quòd ab omnibus id littus propius legentibus, cerni facilè, ac conspici possit. Tritonem verò Tiberij Cæsaris temporibus visum in Lusitania, auditumquè fuisse, ita scribit Plinius. Tiberio, inquit, Principi nunciauit Oliponensium legatio, ob id missa, visum, auditumquè in quodam specu concha canentem Tritonem, qua noscitur forma. Nec verò illud silentio prætereundum esse duximus, nostro hoc tempore plerisque in locis, huic littori vicinis, quoddã hominũ genus reperiri, qui & natura, & nomine Marini ab indigenis vocari cœperũt, ob eam præsertim causam, quòd hispidũ quid in cutis superficie gerentes, notas quasdam squammarum, ac tanquam reliquias antiqui generis, per totum fermè corpus sparsas, præ se ferre, atque retinere videantur. Eos enim ab hominibus marinis, vel Tritonibus originem, genusquè traxisse, pro certo semper habitum est, eiusquè rei initium inde profluxisse, à maioribus accepimus, Tritones videlicet ad littus prosilire interdum, atque colludere paulatim assueuisse, eosquè fructuum dulcedine delinitos, quorum in ijs locis maxima est copia, eodem reuersos sapius, in fabali quadam, incolarum astu, eorum aliquot interceptos, ac postea blanditijs ad exultum mansuetumquè; genus vitæ traductos esse. Et quidem si fabulosum videbitur, domestica familiaritate, vocales reddi Tritones potuisse, in superquè; cum Lusitanis consuetudinem vt haberent, effecisse, fabulosius sanè mihi erit, barbarum incultumquè; Tritonem in Africa, in palude Tritonide, prosiluisse, ac cum Græcis garrientem, ab Iasone tripodem, quam Delphos asportabat, uti syrtium periculis, suo ductu euaderet, sibi dari poposcisse. Nostris verò temporibus, vt efficacius testimonium in medium afferam, piscator quidam, dum inter scopulos Barbarij promontorij, filo, hamoquè; iuxta diuæ Virginis sacellum, pisces capere contendisset, derepente ex vndis in scopulum, mas Triton exiliuit, barba prolixa, crinibus oblongis, pectore hispido, facie non admodum deformi, absolutaquè hominis forma. Qui cum paululum apricatus esset, & hominem à tergo, ipsius formam contemplantem, inspexisset, voce non humana dissimili prolata, territus confestim in salum se submersit. Hęc piscator de Tritone, siue homine marino cupidis audiendi, compto ordine, ac sermone, hodierna die enarrat. Deinde paucis ab hinc annis, haud procul à lunæ promontorio, vt nobis retulit Ferdinãdus Aluarus, domus Indicæ scriba, vt integræ fidei, qui iuxta illud littus rusculum habebat, cuique vicinus erat vir probus, minimequè fallax. is enim vicinus persæpè piscandi gratia, se in quosdam littoris scopulos conferebat. Ibi cum negotium die quadam fœliciter succederet, (vt Ferdinandus ab eo ore tenus accepit) pisces, quos hamo capiebat, à tergo sui, in aridum scopuli anfractum, quo tutius asseruarentur, proijciebat. Quod quidem persæpè inculcans, interdum nudum adolescentem imberbemquè; per anfractum conspiciebat. Attamen cum in illo loco, circum vicini incolæ frequenter nare consueuissent, credebat ex eis aliquem fortè esse. Cui, cum intentus piscationi esset, nihil verbi faciebat. Tandem intentius animaduertens, adolescentem pisces manu capere, & ad os deductos edere inspicit. Qua re commotus occurrit, hominem petiturus. Qui violento cursu, cachinnans, ridensquè; in fugam se proripuit, pelagoquè; vrinans sese submersit. Eodem fermè tempore, è regione vr̄bis, pelago interiecto, non procul ab oppido, quod Barrierum nostri nominant, iuxta Alfonsi Alboquerci viri patricij villam, similis formæ hominem marinum exanimem ælius maris in litus eiecit. Præterea in antiquis regni archiuis, quibus ego ipse præsum, extat adhuc compositionis chirographum vetustissimum, inter regem Alfonsum tertium, & Pelagium Petreium, equestris ordinis, D. Iacobi magistrum, transactæ, qua decretum fuit non magistro ordinis, sed regibus deberi vectigal syrenum, aliarumquè; belluarum, in ipsius ordinis littoribus captarũ. Vnde facilè colligitur, syrenes, cum de eisdem lex lata fuerit, frequentes etiam in nostris æquoribus fuisse. Sed hęc hæcenus de Tritonibus, Nereidibus, syrenibusquè; dicta sufficiant. Cæterum vt ad institutum, oppidumquè; Harlemicum reuertamur, Cum iam postremo Harlemum sese Auriaci Principis partibus deditisset, ab Albano Duce menses septem obsessa, ad eam annonæ inopiam redacta fuit, vt post feles, mures, canes, & cætera ad cibum rapta animalia, solis corijs in hoc maceratis, quod mirum est, se strenue perpetuo defendens, vesceretur. vbi omnes fame tandem enecti, viribus deficiissent. Anno salutis M. D. LXXIII. Mensis Iulij die XIII. necessario paci sunt deditioe ciues, militibus omnibus ab Albano cæsis. Vt is igitur obsidionem tamdiu protrahit, & vr̄bepotitus, eius miles seditione mouet: Auriacus occasionem & tempus sese colligendi nactus, ita reliquas omnes vr̄bes in sua fide confirmat, & ad ferendum hostis impetum munit, vt animis erectæ, & Harlemensiu fortitudine concitate, & maritima classe robustissima, instructæ, Hispanos nihili fecerint, cœperintquè; mutata belli fortuna, inclinare res Albani, & victorij maritimis Auriaci cedere veteranus.



**HARLEMVM**, Sive ut ita: Harlan H<sup>er</sup>lemum. Vrbis Hollandiae famosa, condita à quodam illustri viro, cui nomen inditum fuerit, Sem. Germanica lingua, vrbis hinc dici coepta H<sup>er</sup>lemis Vrbis, Germanice Nos eade natione, H<sup>er</sup>lemu dicim<sup>us</sup> latine For. hic maximu, pulchre dom; templi egregiu, vrbis sita est loco per amoenio. Stati egressu moenia, occurrit nem; in quo varias auu linguas audire licet, in quo timidi dams, ceruus, fuvaces, lepores, auculi, demque ferarum omne genus.

SEPTENTRIO.





## BRIELIUM.



OLLANDIAE oppidum, rebus omnibus ad cōmoditatem, & vsum vitæ necessarijs, cumulatè abundans, negotiationibus admodum celebre, ac commeantiū vltro citroq; multitudine frequentatum, vicinorum etiam hominum concursu, nundinatione, atque mercatu, famosum. Insula, quam solum hoc oppidum, situ percōmodo, occupat, **Oostvorn**, vulgari Batauorū idiomate, dicta, tam pinguibus ac glutinosis glebis, frumēti feracissimis, foecundissimisque agris, quā vberimis, saginando pecori pascuis, prætatur, in quibus, maximo oppidanorum emolumento ac quæstu, soli, graminumque videntium beneficio, pecora incustodito pastu vagantur. Quibus quidem dotibus, hic ager ita excellit, vt non modò id oppidum, sed & hisce vicina limitibus reliqua, ingens ex copioso frumenti prouentu commodum percipiant, quibus annonam, sua copia, faciliorem, & laxiorē reddat. Nam hebdomadatim Brieliū nundinis frequentatur, ab adiacentium oppidorū incolis, puta Delfijs, Roterodamis, Schiddamis, Dordracensibus, Goudanis, & cæteris, quò rem frumentariam heic sibi, suisque comparant. Itaque istius oræ horreum esse Brieliū, non sine ratione dixeris. Confert ad hoc etiam adiumenti nō parum, percommoda loci, situsque ratio. nam nauibus huc vndequaque commodissimum in portum deuenitur, qui latam, & securam nauibus stationem præbet, in quo piscatoriæ burse, ad halecum capturam, de qua in indice dicturi sumus, instructæ, in anchoris quiescentes, accedente maris æstu, optatam opperiantur auram, qua liberum nauigationis & piscationis cursum, in Oceano instituant. Itaque numerosa hic ciuium multitudo, piscatu se alit, à tenera siquidem ætate, in piscario tyrocinio versantur, & in remoti, alti que Oceani recessibus, qui omnes ipsis exploratissimi sunt, victum quæritant, retibusque ex mari subducunt Passeras, siue plateffas, quos alij, ab instrumentorum similitudine, quibus explicantur capilli, pectines, nuncupant: planos, latosque rumbos: A sellos, vulgò **Cabbellaw**/cute molli, nec squamosa, cineritij coloris, instar asininae pellis, vnde & nomē habet; hos, eiusdemque generis alios recentes, Brielij, vicinoque in tractu diuendunt ac distrahunt; alios, in Brabantia passim, Dordracum, Neomagum, Cliuorum etiam ad vrbes, salitos exportant. Naturalis verò duorum oppidorum situs cōditio, Brielij, & ex opposito, Grauefandij, structura eleganti adiuta, hunc potissimum locum, piscariæ societati, & negotiationi, quæ nauibus exercetur, destinasse, cōsecrasseque videtur. Binæ etenim in ipsis turres, altitudine conspicuæ, tanquam Phari, salutis nauigantium excitate, videntur. Altera Brielij, præcelsa & quadrata, viuo ex saxo sine cuspidē: altera Grauefandij, recto altitudinis immensæ, vestita. Eas, quia remotissimè ex mari conspiciantur, viri nautici piscatores, atque pilotæ, siue naucleri, consecratur, ne vadis inhæreant, ac sisti contingat, sed lati ad portum perueniant. Tam accurata autem, exactaque harum turrium obseruatione, Mofæ ostium, ac Brielij portum, piscatores subeunt, vt ne intempesta quidē nocte ab eo deflectant, aut in diuersum rapiantur. Cuius quidem obseruationis imperiti, insigni mercium atque vectorum damno, frequenter aberrant. Huius porrò oppidi foueæ, aqua marina, & proinde salsa affectione imbuta, repletæ, stupendum quoddam, & abditum naturæ secretum ostētant. Nam cum neque in oppido ipso, neque in vniuersa hac insula Oostvorniana, fons inueniatur, aut puteus, dulcem subministrans aquam, neque etiam ratio excogitari quæpiam possit, vllò in loco alium, arte, aut humana industria ex terræ visceribus eruendi, tamen in solis Brielij foueis, puteus, aqua salsa, omni ex parte circumfusus conspicitur, ad quem ponticulo aditus patet, ex quo aquam omnem ad huius vitæ vsuram necessariam, incolæ hauriunt. Is, vulgariter Batauis, **Piermanswelle**, dicitur. Ex his itaque constat, & soli bonitate, & situs, locique præstantia, & negotiationis vsu, plurima, naturæ auctorem, huic oppido, & singularia concessisse dona, quæ id ipsum præ multis alijs, magnitudine magis conspicuis vrbibus, cōmendabile reddant. Cæterum, quemadmodum Hadrianus Barlandus, in compendiosa Hollandiæ descriptione, vnicè dolet, hanc tam nobilem, tamque florentem prouinciam, Lutheranae factioni, nimis fauere, ita nunc, iustiore de causa, deplorandum, eam, funestissimis Geusiorum seditionibus deformatam, quibus plurimarum Rerū pub. optimè constitutarum, politias euertūt. Accidit enim superiore anno M. D. LXXII. Calendis Aprilis, vt Lummeus Comes, gregarijs aliquot stipatus militibus, in oppidum Hollandiæ, Enckhusen, cursum suum dirigeret, sed ob auram reflatan, ipsius impedito conatu, in Mofæ ostium reijceretur. Itaque sumpto ex loco consilio, militem in continentem expositum, sub oppidi mœnia, magna acceleratione subducit, & patefactis incendio portis, vniusetiam patriæ proditoris Robool, Delfo oriundi, opera vsus (de quo paulò post Vltraiecti, in arce pacis, siue Freeburgiana, est sumptum supplicij) Brieliū facili negotio inuadit, ac tenet, absentibus superioribus, quos negotiatio, in alto exercebat oceano, incondita multitudine repugnare non ausa, quæ graui, ob inopinatam & subitam hostium irruptionem, consternata mœrore, Geusiorum se potestati tradebat. Hæc prima intentioni Batauici belli fuerunt initia, quæ, quia nimis sunt leuia ab ijs iudicata, atque contempta, qui initijs & debebant, & facile potuissent obstare, idcò nūc eas vires, & incrementa sumpsisse videmus, vt amissis non paucis oppidis, municipijs, & pagis, politici status perturbationem, magnamque caritatem annonæ vicinis regionibus, & superiori Germaniæ intulisse videamus.



- |                      |                  |             |
|----------------------|------------------|-------------|
| 1. Maerlantſche kerk | 7. Recainghe     | 13. Heevhet |
| 2. Grootſe kerk      | 8. Heluoeten     | 14. Abben   |
| 3. De marek          | 9. Nieuwen hoorn | 15. Brouck  |
| 4. t'Gaethuys        | 10. Ouden boorn  | 16. Bleynek |
| 5. t'Gaethuys        | 11. Nieulant     | 17. Siet    |
| 6. Oos Hoorn         | 12. Swartwael    |             |

BRILIVM, HOLLANDIÆ OPP. OB  
 INTESTINVM BATAVICVM BEL-  
 LVM, QVOD ANNO PARTÆ  
 SALVTIS, M. D. LXXII. CA-  
 LEND APRILIS, HIC INITIVM  
 SVMPſIT, FAMOSVM.

MERIDIES.

FLACKEE


OCCIDENS.

ORIENS.

MAESE FLV.

SEPTENTRIO.

MIDDELBURG



IDEI

SYMPHONIA FAMOSA  
LEND. APRILIS HIC BATTVM  
SALVTIS M. DCCXXII. CA.  
LVM. QVOD ANNO BAKTE  
INTESTINVM BATAVICVM DE  
BRILLVM FOL. ANTE OPS. OB


## MIDDELBURGVM.



**V**RS est, non insulæ Zelandiæ tâtum, verùm etiam totius prouinciæ siue comitatus, quem appellant, Metropolis. Middelburgum verò dictam, quidam putât, quasi, in insulæ medio situm Burgum. Eruditiores tamen, etsi re longè petita, credunt à Mattiacis nomen adcepisse. Nonnulli, à Metello, & eam ob causam, Metelli Burgum, appellant. Astrologi, poli longitudinem gradibus XVII. minutisque XXVI. latitudinè autem gradibus LI. minutis, XLVIII. metiuntur. Loco sita est optimo. Ad orientem solem, Ermuda portu, passibus CCCXXXIII. abest; Exclufa V. miliaribus, Dordraco, Hollandiæ oppido XVII. Duobus ab hac vrbe canalibus Ermudam vsque nauigatur. Eorum vnus est perantiquus, sed ita sinuosus ac strictus, vt sit perquam incommodus. Alter recentis operis, rectus est, adeoq; largus ac profundus, vt naues ducentis nauticis dolijs: Dolium autè sex amas, vt vulgus appellat, hoc est, vini plaustrum, capit, onustas ferat. Peramcenam esse aiunt, etsi aerem parum salubrem habet. Vndique cincta est valido muro, quem ambiunt largæ, profundæque fossæ, exteriori muro firmatæ. Quamobrem munita est. Eius vici perpulchri, domus elegantes, Monasteria porrò splendida. Illud virorum maximè, quod ordini Præmonstratensi subijcitur, & Abbatia nomine insignitum, D. Nicolao est sacrum, A Godebaldo XXIV. Ultraiæstensi Episcopo, institutum scribitur. Id demum ex integro propè, Guilielmus Romanorum Rex, Hollandiæ, Zelandiæque Comes, faciendum ampliandumq; curauit. In quo & ipse, & Regina Elizabetha, duobus sepulchris, egregiè structis, conduntur. Duabus rebus est nobile, amplis videlicet redditibus annuis, & bibliotheca, quæ librorum habet copiam. Huius Monasterij Abbas tantam auctoritatem obtinet, vt solus omnium Zelandiæ Ecclesiasticorum nomine, publicis, in omnibus, prouinciæ conuentibus, atque negotijs, consensum præbeat. Emporium est hæc vrbs omnium vinorum, quæ mari ex Gallia, Hispania, Lusitania, aliundeque, in Belgium aduehuntur. Alterius quoque generis cõmercijs, quàm maritimæ, qua claret, negotiationis lucro est mercatoribus haud equidem paucis. Ita diuitijs potens, vt proximis superiorib; annis, ipsa sibi ab eius domino Ermudam oppidum, in quo naues portum capiant, coemerit. Paullum genuit cognomento Middelburgensem, qui propter summam in Mathematicis disciplinis eruditionem, egregiamq; virtutem, corrigendo & restituendo vero calculo diei, quo sanctum Pascha celebrari oporteat, Romã adscitus fuit, & creatus Episcopus. Id, quod eius opus, inscriptum de Paschate, testatur. Edidit etiam vrbs vicinia Nicolaum Euerardum Middelburgensem cognomento notum, Iuris ciuilib; Pontificijque doctrina, cum primis excelluit. Cuius rei fidem is liber facit, quem de iuris locis conscripsit. Peritia quoq; valuit Reipub. gerendæ, ad quam velut per gradus ascendit. Nam Præses primùm fuit Hollandici Regij senatus, ac demum Mechliniensis omnium supremi, quem Magistratum administrans, Anno M.D. XXXII. in fata concessit. Natis ex se filijs felix: omnes enim ingenio singulari præditi, præter iuris ciuilib; scientiam, quam erant amplexi, natura, in claros Poëtas euasere. Quinque autem fuerunt. Petrus, Præmonstratensis ordinis prælatus, qui suprema Theologiæ ac Iuris ciuilib; insignia, propter doctrinam, est adeptus. Euerardus Nicolaus, Phrylij Regis senatus, ac dein supremi Mechliniensis Præses. Nicolaus Grudius, Poeta & Iurisconsultus, & humaniorum omnium litterarum elegantia perpolitus, Regius Consiliarius, & Ordinis Equitum Aurei Velleris Secretarius. Hadrianus Marius, Magnus Gelriæ Cancellarius, & Ioannes Secundus, qui adolescens, carminis excellentia nobilis exstitit. Petri quoque Ximenij hæc vrbs est Patria, in qua, vtroque parente, natus est Hispano, vir, non solum eximia virtute, probitateque præstans, sed etiam exacta Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, linguæ cognitione præcellens. Philosophiam omnem ad primè callet, atque Theologiam, quibus præsidijs instructus, eruditissimum, & necessarium opus, quo nostræ religionis veritatem demonstrationibus ostendit, ab hinc circiter decennium scribere adgressus, magna ex parte iam confecit. Hanc vrbem anno proximo superiore M. D. LXXIV. Auriacus

Princeps, obsessis annu propè, omnibus maris itineribus, quibus in eam ab Hispanis annona inuehi posset, fame tum capta Ramechena arce, potenti que hostis classe non semel fusa, ipse in suam potestatem deditione, redegit.





MIDDELBVR  
 GVM, SELAN  
 DIAE OPP: SI  
 TV, OPERE, ET  
 MERCIMONIIS,  
 FLOREN TISS:



NOVIOMAGVS

NOVIOMAGVS... [The text in this section is extremely faint and largely illegible due to significant water damage and fading. It appears to be a list or a detailed account of events, possibly related to the Roman province of Novesium.]



# NOVIOMAGVS

**N**OVIOMAGVM, urbem suam indigenæ, nunc Regnum, nunc basim Imperij appellant, quòd vna sit trium earum, quas Carolus Magnus quondam sibi fedes delegerat. Primam aiunt Aquisgranum fuisse, secundam Nouiomagum, tertiam Theonis Villam. De origine eius, Gelden aurius ciuis, in historia sua Batauica, à Mago potentissimo Gallorum Rege, Ditis filio conditam, & de eius nomine Magam appellatam fuisse tradit. Pòst temporis progressu, à Batone Cattorum Regulo, istuc transmittente, loci amœnitate capto, tum etiam antiquæ nobilitati istic gratificatur, instauratam atque auctam, triplici mœniorum ambitu cinxisse, ac inde Nouiomagum vocasse. Addit idem, Batonis filium Hesium patriam suam summopere ornasse, vnde procliuior eius pars etiamnum, ab eo, mons Hesium dicitur. Postremo adiúgit, omnium ordinum consensione, à Batauis regiam ac prouinciæ caput constitutâ esse. Vtcunque est, liquet, per antiquâ esse urbem, ad eam Rheni partem collocatam, quæ Vahalis vulgò vocatur, flumen inibi & latissimum & altissimum, duobus milliariis ab arce Rauēstena distat. Aedificiorû structura nobilis profectò est & firma, populosa & diues. Nam postquam nouissimè ad Austriacam domû redijt, ciues cum mercaturis faciendis, tum literis operam dederunt, antea ferè nulli rei intenti nec assueti, quàm bello & armis. Habuit tamen olim diuersos viros litterarum doctrina illustres, qui varia opera & se, & Repub. digna, ediderunt, vt Theodoricum Borguium, Ioanne Henricum, Henricû Bronchorstiû. Hoc verò tempore habet D. Franciscû Craneveldiû, Melchliniensis Regij concilij Senatorem, virum vt doctû, ita singularem virtutis & studiorum patronum. Gerardo quoque Falckopyrgico patria est, iuueni, singularis eruditionis, & magnæ expectationis. Sunt etiam istic innumeri alij bonis litteris dediti. Inter alia quoque gymnasium erectum, in quo à septem magistris vtraque lingua, Latina & Græca, singulari Reipub. vtilitate & laude docetur. Templorum, quæ ibi ornatissima certè sunt, omnium excellentissima est basilica D. Stephano dicata. Inter rerum porro miracula perantiqua est arx illa, in colle sita, vrbi imminens, quam à Iulio Cæsare ædificatam, aut saltem instauratam aiunt, quasi dominatricem atque exploratricem subiectæ atq; circumiacentis viciniæ. Ambigi profectò possit, an vlla alia totius Belgicæ specula, amœniorem regionum, fluuio rum, agrorum, terrarumque prospectum habeat. Hic iuxta, atque in vicinis municipijs repertæ aliquando prisorum Romanorum reliquie, puta numismata, lapides, marmora, instructissimarum domorum parietinæ, sepulcra, monumentaque, solerter perquirendi perscrutandiq; terræ viscera desyderio ciues afficiunt. Cuius rei luculentissimus testis est, instar multorum, Ioannes Falcopyrgicus, ciuis Nouiomagensis, homo virtutis & antiquitatis per studiosus, qui domi suæ tres, aut quatuor tabulas marmoreas ostentat, vnâ cum illustrium virorum elogijs, epitaphijs, atque inscriptionibus. Habet etiam Nouiomagum vicecomitatus titulum, estque vrbs & feudum Imperij. Monetæ cudendæ ius habet, vt & cæteræ Imperij vrbes liberæ. Prouocatur inde non ad Geldriæ Cancellariâ: sed recta ad Aquisgranensem curiam. Quotannis certum hominem Aquisgranum mittit, qui defert eò cheirothecam piperis plenam, Imperialis feudi agnitionis ergò. Philippus tamen Rex Catholicus, vt Dux Geldriæ, istic, quemadmodum alibi, monetam percuti curat. Ecclesiasticus ordo eius vrbis, paret Archiepiscopo Coloniensi, nisi hæc nouorum episcoporum in hisce regionibus institutio, perturbaret. Hæc vrbs totius Ducatus, & singulatim primæ tetrarchiæ, Geldriæ, omnium amplissimæ caput est, cuius territorio comprehenduntur, Tiletum, & Bommela, ciuitates muris clausæ, vel Gentum Gendauum, & Bommelerouerda, non quidem mœnijs cinctæ, at tamen priuilegijs & immunitatibus donatæ, item superior atque inferior Batauia, cum tota ea plaga, quæ Mosa & Vahali fluminibus includitur, adeò, vt generatim omnes hi municipes se Nouiomagi sistere, iure cogâtur. Accessit hæc ditio Geldriæ Ducatui, anno M.CC.XLVIII. hac ratione. Otto II. Comes, Guilielmo Rom. Regi vnum & viginti millia argenti infecti pondo, mutuo dederat, ea lege & conditione, vt, nisi certa die comodatam pecuniæ summam persolueret, Geldriensis, in eam possessionem, vt suam ac propriam, veniret, quæ conuenta, pluribus etiam conditionibus additis, postea à Rodolpho, itidem Romanorum Rege, confirmata sunt. Cum verò, ad constitutum tempus, siue propter ærarij tenuitatem, siue incuria quadam, pecunia illi reddita non esset, ex conuentu, certis tamen conditionibus Nouiomagæ ditio, Geldriæ Comiti celsit.

Hæc ex Guicciardino sunt desumpta.



NOVIOMAGIVM siue Nouiomagū  
 vulgo Nijmegen infra quondam Franco-  
 rum Regia urbs Galliae primaria



S. Steffens kerck

Den Wallick hof

S. Thomas

Ten broeren

S. Ian

Die schoel

Den hessen kerck

Die apsterfantē

Die frateren



Die Craen poort


Die dein poort

S. Seef kerck

S. Iacob poort

Die boddel poort

W A E L F L V



FRANCIS LEECH

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

2

## VRBS CAMPENSIS



**L**ICET Transiselanis annumeretur, ciuitas tamen est trans Iselam sita in sinistra eius fluminis ripa, non procul ab iisdem ostijs condita. quatuor Dauentria miliaribus abest, honesta alioqui, ampla, ac ædificiorum descriptione nobilis. Hinc Albertus Pighius Patricius, vir in omni scientia versatus, oriundus fuit, qui sui nominis celebritate, patriam quoque toto orbe celebriorem, atq; illustriorem reddidit. Insignis in primis Theologus, multa contra Martinum Lutherum doctissime disputauit ac scripsit. Cosmographiam quoque profitebatur, excellens instrumentorum mathematicorum fabricator. quam obrem Hadriano sexto, Pontifici Max. charus, diu cum ipso vixit. Hinc ex Belgio eum in Hispaniam, atque inde in Italiam comitatus. Eo verò Pontifice mortuo, nihil osecius Pighij virtutem atq; eruditionem Romana curia admirata est. quinetiã Clemens VII. & Paulus III. Pontifices Max. quorũ postremum itidem Mathematicen docuit, plurimi rarum hominem, tametsi peregrinum, fecere, adeò, vt honorum & opum plenus Albertus, tandem Roma in patriam reuersus, cum inibi omnibus æquè gratus atque acceptus aliquandiu vixisset, in dulcissimo literarum otio ad extremum, summa cum sui nominis gloria, vita defunctus est. Cuius iam nepos, decus & honorem familiæ conseruat Stephanus Pighius, virtutis studiosus, & valdè litteratus, idemque insignis antiquarius. Est etiam vrbs ista Campensis, in confœderatam Hanseaticam societatem recepta, quo nomine, non minimum eius felicitati adcessisse vnusquilibet facile & libenter fatebitur, cui eius confœderationis institutum, perspectum & cognitum erit. Anza etenim, vltra omnem hominum memoriam, nihil aliud fuit, quàm honesta communitio, & fœderata societas plurium ciuitatum, oppidorum, burgorum, villarum, pagorum, illisque adiacentium & subditorum territoriorum, olim cum propter multifaria accepta, relataq; beneficia, tum, vt mutuus, & securus terra, mariq; mercaturæ intercurfus constaret, non solum à multis Angliæ Regibus, sed & Galliæ, Daniæ, ac magnæ Moscouiæ, nec non & Flandriæ, & Brabantia Ducibus, varijs & multis priuilegijs, libertatibus, immunitatibusq; exornata, quæ quidem communitio & societas, lingua Teutonica, Anze vocatur. Hæc quatuor habet emporia, in quibus suos mercatus negotiatores habent. Vnum Brugis, quæ ciuitas est Flandriæ. Id nunc Anuerpiã translatum, amplissimam habet domum in noua, quam ciuitatem adauctam nuncupant, structura splendida, ac sumptuosa, commodo etiam situ præstantem. Nam canalibus vtrinque latissimis clauditur, quibus onerariæ naues, ex Ostlandia, & remotissimis totius vniuersi partibus, merces suas, ad istius domus limina deferunt. Alterum Lugduni in Anglia, ad Thamesis fluminis ripam sinistram, quod vulgò Stiliard vocitatur, habens domum Gildehaldam Teutonicorum, nuncupatam. In qua certis quibusdam œconomicis legibus, ad frugalitatem, & honestam morum ciuilitatem, à prudentibus viris excogitatis viuunt, præsentibus Hanseaticarum ciuitatum nomine Aldermanno, & secretario. Tertium in Nouguardia Rusiæ vrbe potentissima. Quartum Bergæ in Noruegia. Septuaginta duarum præstantissimarum vrbiũ societate, Hanseaticum hoc fœdus continetur, quæ Lubecæ (vrbs est Ostlandiæ ad Trauenam & Vacenissam flumina, sita, eius fœderis caput) de publicis acturæ negotijs, vt plurimum conueniunt. Syndicum habent, qui communibus societatis & mercatorum negotijs præest. Id muneris nunc, maximo ciuitatum & emporiorum emolumento a commodo, administrat Clarissimus, & Eximius vir, D. Henricus Sudermannus I. V. Doctor, Patrius Agrippinensis, vir æuo duratura memoria dignus. Porrò Illustrissimi quinque Reges ac Principes, ac inter eos hi omnium maximè, Angliæ, Franciæ, Poloniæ, Daniæ, Moscouiæ, Suetiæ, Flandriæ, Brabantia, omnes mercatores ac subditos ciuitatum Anzæ Teutonice, iam enumerata emporia frequentantes, varijs ac multis præstantissimis priuilegijs, libertatibus, liberis consuetudinibus, immunitatibusque exornant, quibus etiamnum fruuntur.



Icon ciuitatis Campen-  
 sis, cuius situs, Iuliam fluvium,  
 eleganti venustate, decorat







# GRONINGA



RVNIVS Troianus huic Phrysiæ vrbi nomen dedit, quemadmodum quidam opinantur. Sed mihi suspectæ sunt pleræque populorum & vrbiū origines, illæ præsertim, quæ deducuntur à Troianis. Munsterus Francum dicit, non Troianum. Sed & Troianus fuit, si Franci verè suum genus à Troianis repetunt. Poli huius vrbis longitudo, graduum nouem & viginti, minutorum viginti quatuor describitur. Latitudo verò quinquaginta trium graduū, & sexdecim minutorum. Leuardia sex miliaribus abest. Per hanc urbem multæ, eo ingentibus canalibus, quorum maior pars artificiosè manuque facta est, ductis, a quæ defluunt. Vrbs est ampla, legibus proprijs regitur: & ipsa iuris dictionem obtinet, multorum vndique vicinorum sibi fœderatorum pagorum domina. Quod ad bonarum artium studia pertinet, vnus inter eruditos summi viri Rodolphi Agricolæ, in qua is natus est, laudè claret. Cui sub annū M. CCCC. LXXXV. Heidelbergæ mortuo, Hermolaus Barbarus Venetus, doctorum sui temporis hominum facilè princeps, hoc elegantissimum tetraſtichon posuit.


*Inuida clauferunt hoc marmore fata Rodolphum  
Agricolam, Phrysijs spemq; decusq; ue soli.  
Scilicet: hoc viuo meruit Germania laudis,  
Quidquid habet Latium, Gracia quicquid habet.*

Cum hæc vrbs verò clientelis potens sit, separatam prouinciam constituit, & ob id titulum à suo nomine Principi proprium adtribuens. Hanc urbem & prouinciam Embde Comes Georgio Saxonix Duci, Caroli quinti Imperatoris clienti, siue, vt nunc recentiores Iurisperiti loquuntur, feudatario, eripuit. Sed, vbi eam tueri sibi, retinereque non valeret: eam ille Carolo Gelrix Duci, Anno circiter M. D. XIII. tradidit. Quam rem Georgius indignè ferens, ita ab hac mutatione, & Phrysiæ motibus abhorrens, vt eam urbem, & vniuersam Phrysiæ Prouinciam Carolo quinto, tanquam supremo Domino, nimirum Imperatori, Anno M. D. XV. cef. serit. Inde nata inter Burgundos & Gelros atrocissima bella. Quæ demum, inito contractu, confopita fuere. Inter cætera conuentum, vt Dux Carolus, ea Prouincia, dum viueret, frueretur. Post eius obitum verò ad Carolum quintum tanquam Phrysiæ dominum, vel ad eius heredes, rediret: sed hac de re plura, in Phrysiæ Chronico Batauorum Lugduni, siue Leidæ, Anno partæ salutis M. D. LIII. edito, inueniuntur. Posterius superioribus proximis his annis comes Ludouicus Nassouius Albano Duci Belgij Præfecto bellum in hac prouincia, Auriaci Principis, cuius Germanus erat frater, partes, contra Hispanos Albanumque secutus, mouit, & victoria, (Hispanis, qui veterani omnes erant, vna cum duce fortissimo, rei que militaris peritissimo Arenbergico comite cæsis) est potitus. Vt Albanus deinde ipse, sumpto primū Bruxellæ de Egmondano Hornensiq; comite, quos Gandavi captiuos habebat, supplicio; collectis tadem maximis copijs, eo peruenerit, & Ludouici Comitis exercitum, quod is viribus, militum numero, cæterisque rebus omnibus, longè impar esset, fuderit & dissiparit, urbemque obſidione liberarit.



GRONINGA, opulenta  
 populosa, et valide contra  
 hostiles insultus munita Piri  
 sic urbs, Ptolemeo Phileum,  
 constructa et denomina-  
 ta à Grunno Athenoris Re-  
 gis Francorum fratre, Anno  
 ante incarnationem Chris-  
 ti, CCC LXXVII. ut  
 Humbaldus scribit.





# EMBDENA.



**EMBDENA**, Frisiæ orientalis vrbs, Metropolitico honore conspicua, recenti hominum memoria, ad summū vrbs quā optimè constitutæ, splendorē euecta, plurima, hominum admiratione digna ostentat, quorum vel singula saltē, benè formatam politiam conferuare, opumq; affluentia, beare queant. Mercatoribus habitatur ditissimis, ædibus & publicis, & priuatis superbissimè colitur. Portu amplissimo, plurimarum nauium capace, adeò se commendabilem reddit, vt non existimem in vniuersa Batauia, Frisia, aut Belgio demum reliquo, similem portus commoditatem inueniri, in quo ad vallum & mœnia vsque vrbs, tutissima nauibus statio præbetur. Quo fit, vt Emporiū nunc sit populosum, & amplissimos negotiatores ex remotissimis mundi partibus huc ad se prouocet, atque alliciat. Hinc superioribus annis, dum Anglorum natio in Brabantia Anuerpiam deserit, Embdenam potissimum delegit, vt ibi pannorum & Britannicarum mercium, Stapulum, vulgò Staapell, cōstituerent, quo factum est, vt remotissimarum gentium negotiatores, qui eas sibi merces, non tam necessarias, quàm elatioribus & delicatulis gratas, compararent, magno frequentiq; numero Embdenam inuiserint, quas deinde ingenti pecunia, Francoforti ad Mœnum, in nundinis diltrahunt. Nunc verò, etsi negotiatores Angli, quorum nonnulli grauioribus plerisq; viris, futiles, & leuiore esse homines, videntur, hanc quoque vrbs, vt primū in Flandria Brugas, tum in Brabantia Anuerpiam, residentia deserentes, Hamburgum, nobile Saxonix oppidum, aquis, & varijs ad negotiationem commoditatibus præstans, concesserint: nihilo tamen secius, mirandum in modum Embdena mercimonijs floret, publicis priuatisq; ædificijs, tātis exornatur sumptibus, vt stuporem videntibus moueant. Maximè, si quis magnificam noui Prætorij structuram, eam quoque ciuitatis partem aspiciat, quam adauctam nuncupant, in qua, præter elegantes ciuium ædes, Euripos & canales videre est plurimos, quibus multorum onerum naues, in ipsam vrbs admittunt. Frequentissimus siquidem hic, maximarū nauium quotidie, ex remotis, totius vniuersi locis, ex Liuonia, Noruegia, & reliquis septentrionalibus regionibus, ex Gallia itē, Anglia, & Hispania appulsus: Adeò, vt Embdēsi in portu, nullo non tēpore, florentissima maximarū nauium classis, fida, tutaq; statione, vtatur. Ita, vt nūc celeberrimi emporij fama, exteris Embdena innotescat. Arcem etiam habet, quæ validis propugnaculis firma, & marinis circumfusa aquis, vrbs in tuto collocat, quam eius territorij Comes tenet. Is, Romano Imperio paret, neq; alium existimo portum marinum esse Imperio, tanta opportunitate, præstantiaq; florentem. Mira hīc omnium rerum, & exuberans copia videtur, non earum modò, quibus satis necessitati fieri, sed & quibus voluptatis studium concitari queat. Præstat hoc ciuibus, tam portus, & importationum commoditas, quàm natia Frisiæ vbertas. Agrum siquidem planum, & pascuis fœcundum, naturæ beneficio obtinet, cuius quidem, quam glutinosæ, & pingues sint glebæ, quam feracia sint pascua, quam numerosi armentorum & pecudum greges, vix verbis explicari potest. Docet id exquisiti, delicatiq; saporis, butyri & casei, ad miraculū vsque copia, quæ vberrimo Embdensium quæstu, & emolumento maximo, ad varias regiones, & per vniuersam Germaniam defertur. Quin etiam non obscure hoc cōprobat, pingues, & supra vulgarem magnitudinem boues, quorum aliquot myriades in pascuis passim oberrare videntur, qui soli, graminumque beneficio, adeo impinguescunt, vt exteræ etiam nationes ijs potissimum delectentur. Ex candidissimo etiam sale, quod indigenarum industria cōficitur, nomen Embdena meruit. Quod si incolarum conditionem quis scire desideret, eam Aeneas Syluius, diligens perillustrator Europæ, subiunget. Gēs, inquit, Frisiorum ferox, & armis exercitata, robusti, & proceri corporis, securi atque intrepidi animi, liberam se esse gloriatur, quamuis Philippus Burgundiæ Princeps, eius se terræ dominum vocet. Re vera, libera Phrisia est, suis vtens moribus, exteris nec parere sustinet, neq; dominari cupit: haud inuitus Phriso pro libertate mortem oppetit. Dignitas in hac gente militaris inuisa. Sublimem virū, qui se cæteris efferat, non ferunt. Magistratus annuos eligunt, qui Rempub. æquo iure disponant. Fœminarū impudicitiam sæuerius puniunt. Sacerdotes, ne aliena cubilia polluant, sine coniuge non facillè admittunt.

Vix enim continere hominem posse, & supra naturam arbitrantur. In pecoribus omnis eorum substantia est. ager planus, ac palustris est, multò gramine fœcundus, ligno caret. Bituminoso cespite, & sicco stercore bouum, ignes fouent, & cæt.

EMVDA, vulgo Embden urbs  
Frisia orientalis primaria.




D E N D O L L A E R T





NOVESIUM vulgo Breus; Orbis  
obiorum Rhenana. A. D. M. D. L.  
XXV ad vicum delineata.




VERONA, nunc Bonna, Communi-  
ter; Bonn Oppidum supra Colonia Agrip-  
pinam, ad Rheni flumen, illius fre. 1575.




R H E N U S F L U V I U S.


BRVLA, vulgari idioma-  
te. Broell. 1575.



Sontina, Suis. Oppidum ad Rheni  
ripas, telonio famosum. Anno 1575.







## CLIVIA OPP.



**C**LIVIA oppidum non infimam in Ducatu Cliuensi dignitatē obtinens, antiquitate, castro, ac Illustrissimi su licensis, Montensis, & Cliuensis Ducis, &c. inclyta sede, Collegio Ecclesiastico, situ, & amabili incolarum humanitate memorabile est. Nam, qui vetera ex Chronicorum monumentis eruunt, Cliuenses Grinnes Tacito dictos suspicantur. Quorum ex numero Raimundus Marlianus, historicus sui temporis nobilis, Appendice, qua Cæsaris commentaria doctissima enarratione illustrauit, Grinnes, inquit, inter Coloniensem, & Traiectensem vrbes, locum vltra Nouesium oppidū, Rheno adiacentē memorat Tacitus, qui, vt coniectura assequi possumus, Cleuis est, vnde Cliuensis ducatus dicitur. Verū V Vefalium in Germaniæ partitione, Grinibus, quorū patria hīc à Tacito circumscribitur, oppidula duo, & situ, & appellatione magis conuenire putat, nempe Grit, & Grithuisen. Quorum hoc tamen à Ioanne XXVIII. Comite Cliuensi ex ædificatum esse, Chronica Cliuensia tradunt. Oppidum autem hoc Cliuense Collegiata Canonicorum societas nobilitat, quæ prima fundatione, Anno salutis M. CCC. à Theodorico XXV. Cliuensi Comite in Monreberg instituta, Tum à Theodorico, eius appellationis decimo, & XXVII. Comite, Cliuiam est translata, in qua hoc tempore D. Ioannes Peringius, Concionator facundus, & illustrissimo Principi Guilhelmo, ab eleemosynis, scholastica dignitate inclarescit. Situ etiam peropportuno excellit, montis dorsum, arcem venusta structura claram, sustinet, ex qua non in ipsum modò oppidum, sed & vicina pabulosa in loca, librata planitie, læta, virentiq; gramine tecta, quàm longissimè patet prospectus. Potissimum verò è turri, altitudine conspicua, quæ à cygno, versatili ventorum indice, nomen habet. Ex qua Margareta Montensis, Adolphi comiti Cliuensi nupta, pertinacem filiorum suorum conflictum, Adolphi vltimi comitis, primiq; Cliuensium Ducis, & Theodorici de Marca comitis, cum Auunculo Guilhelmo Montensi Duce, fratre suo germano conspexit (Orto dissidio, ob non solutam pensionem annuam ex telonio apud Cæsaris Insulam) In quo quidem conflictu Cliuenses in numine, suæq; causæ integritate spem omnem ponentes, incredibili suorum ducum diligentia victores euadunt, magnas hostium copias repellunt, frangunt ac dissipant, quinque Montensium præfectos, bellicis artibus clarissimos viros capiunt, orbatis fessoribus equis vltra mille nongentis, militaribus etiam signis potiuntur, quæ in Collegiata huius oppidi Ecclesia, ad perpetuam tantæ victoriæ memoriam, velut in trophæum, conspicuo loco suspensa videntur.

## DVISBURGVM.



**D**VISBURGVM siue Teutoburgum, veteris Germaniæ oppidum, ad ripam olim fluminis Rheni, inter Ruram & Angrā amnes, in confinio Toringorum & Saxonū inferiorum, nunc Cliuensium ac Montensium situm. Huic loco Tuifcones, siue Teutones, primi nomen dederunt, quorum præsidium, aduersus Romanos, qui in Gallia rerum potiebantur, fuisse videtur: vnde & vicino saltui, qui longè lateq; per Germaniā protenditur, appellatio mansit, in quo saltu legiones M. Quintilij Vari cæsas fuisse, Corn. Tacitus cōmemorat, lib. 1. Annaliū. L. Florus lib. 4. In annalibus Francorū, etiā Duisparcū siue Duispargū, castellū Toringorū nominatur. Hunc locū primū in Sicambrorū finibus, tēpore C. Iulij Cæsaris fuisse verissimile est. Nam proximi Vbijs fuisse videntur. quem locū inde Toringi, gens Sueuorū, occuparūt, postea quā à Tiberio Cæsare tota gens Sicambrorū, partim excisa, partim aliò translata fuisset. Similiter Franci, gens Germana, in vacuis Bructerorū sedibus, vicinisq; locis paulatim coalescens, cum in eam multitudinē excreuissent, vt fines suos indies propagarent, tandem Duisparcū castrum Toringorū duce Clodione inuaserunt, Anno Christi 431. (is secūdus à Faramundo eius gentis Crinitus appellatur) cumq; per decenniū militem, vrbemq; confirmasset, missis inde exploratoribus in Gallias, cū vniuerso exercitu Rhenū traiecit, monumenta Romanorū passim obuia, & tunc, collabentibus vbiq; Romani imperij viribus, præsidio Romanorum destituta, inuasit, per syluam Carbonariam iter faciens, Tornacū, & Cameracū, vrbes tunc celebres expugnauit. inde sensim promouens ad flumen Summam siue Summonam, quod fines Ambianorum præterlabitur, imperium gnauiter produxit. Cuius posterius Meroneus, Childericus, & Clodoueus reges, dum maiora indies incrementa faciunt, tandem amplissimum illud ac florentissimum in Gallijs regnum, quod apud posteros à Francis denominatur, fundauerunt. Fuit itaq; ex eo tempore clarū ac celebre apud posteros Duisburgum. Hanc vrbem postea ob nundinas celebres negotiationesq; mercatoribus frequentatam fuisse indicant scriptores rerum Flandricarum, qui priuilegia quædam vendendi merces Duisburgi à Friderico, 1. Imperatore, negotiatoribus Flandriæ per Philippum Alsatum comitem Flandriæ impetratas fuisse annotarunt, circa annum Domini 1173. Reges quoq; Francorum, ac illi, qui post Romano imperio in Germania potiti sunt, locum hunc amplum & florentem tunc, vt erat captus Germanorum, celebriorem, auctioremque reddiderunt, quod præter alia multa, etiam hodie testantur egregia illa cū priuata, tum publica ædificia. Qui priuilegijs, iuribus, ac immunitatibus amplissimis, eandem ciuitatem quoque dotarunt.


## EMBRICA.



**E**MBRICA oppidum Ducatus Cliuensis, incolarum & ædium frequentia, Collegio Canonicorū & schola, quam optimè instituta concinnum, prima olim fundatione, Asciburgum fuisse, Taciti scholiastæ palam fecerunt. Id autem non vacare errore, Generosus & illustr. Nev venarius Comes, Metropolitanæ Colonienfis Ecclesiæ Præpositus, his verbis confirmat. Miror quosdam asseuerare Asciburgum esse Embricā, cum itinerariū Theodosij à me in Spirensi bibliotheca perspectum, atq; aliud peruetustum, à Peutingero mihi exhibitum, constantissimè Asciburgum inter Nouesium, & vetera constituant castra: quibus subscribēs Tacitus, Asciburgum citerioris Germaniæ oppidum esse testatur. Est autem pagus quidam, in cuius agro varia adhuc vetustatis indicia reperiuntur (quem ego ex interitu Asciburgi natum esse credo) hic ab indigenis Asburg, etiamnum appellatur, magno argumento veritatis. rustici agrum istum Burgensem vocant, eò, quòd fama semper fuerit, Burgum ibi fuisse, cuius rudera totus ille ager ostendit.


Canonicorum Collegio, à D. V Villibrordo quondam ædificato, Embrica claret, in quo hoc tempore Decanatus honore cæteris præfulget D. Hermannus Schilderus, vario scientiarum nitore cultus, concionator exercitatus atq; facundus. Idem Canonicorum sodalium Vicarium quendam collegam magno fouet amore, D. Ioannem, organicorum instrumentorum peritia clarum, cantilenarum etiam suauitate commendabilem, qui concinnas plurimas cantiones composuit, tantoq; in pretio à Musicorum chorea habetur, vt à longissimè etiā disitis, tanquam censor vocetur, & iudex, quoties instrumenta organica, maximis fabrefacta sumptibus, ab opificibus tanquam extrema manu perfecta sunt præsentanda. Quem si mobili digitorum flexura, incredibili etiam pedum velocitate, organa pulsare, modulandi in super, cantusq; suauitate eadem opera, audientes delinire conspicias, hominem totum Ioue & Mnemosyne natum fatebere. Embricam quoq; Musæ inclytam sibi delegerunt sedem. Nam permulti ex ea, egregium litterariæ militiæ fructum retulerunt. Id huic oppido præstitit, insignis Rectorum doctrina & diligentia. Ego cū prima litterarum fundamenta heic ponerem, scholæ Moderator erat, præstantissimus ille Matthias Bredebachius Kerspenfis, vir tanta pietate atq; doctrina, vt dubium sit, in vtro excelluerit. Id publica ipsius scripta manifestè declarant: nam Euangelium Matthæi, & Psalmos 69. commentatijs illustrauit; de acerbissimis horum temporum disidijs Hyperaspisten contra Henrici Pilei calumnias scripsit. Et iam olim in Lumentum Fenestellam scholia edidit. In multorum quoq; aliorum operum meditatione versabatur, sed morte præuentus, extremam ipsis manum imponere non potuit. Huic deinde successit Henricus Vranus Resensis, *τηρυλόττος* excellens. Hoc verò tempore eius Scholæ Rector est eruditissimus vir D. Henricus Censorius.

CLIVIAM, Ducatus Cluensis elegans opp:  
Arx Illustris Ducis, Et collegiata, Canonicor,  
Societas, famosum, et commendabile reddit.




DIVISBURGVM, OPPIDVM  
ANTIQUISSIMVM VE  
TVS FRANCORVM REGIA.


EMBRICA, Cluensis ditionis op:  
pidum Ecclesia collegiata, &  
ludo litterario percelebre haur.



GENNAPIVM, DVCATVS  
CLIVENSIS, OPP:



ACAPTA



# CALCARIA.



**C**ALCARIA, oppidum in insula Rheni & Belgia Batauiâ, à comitibus Cliuensis, primitus exâdificari cæpta, vt præsidium esset, ac tutum refugium ab incursionibus diœcesanorum Colonensium, ac Geldriensium vicinorum, quibuscum ipsis frequentia bella gerebantur. Nomen verò accepit ab antiquissimo pago Calcar, à quo trans insulam hanc ad vltiorem Rheni ripam erat traiectio. VVesalius tamen, in sua Germaniæ partitione (quæ ab alijs Illust. Morsensi comiti, Metropolitanæ Colonensis Ecclesiæ D. Proposito adscribitur) Calcariam à Calciatis, qui aliàs Galbaici apud Tacitum vocantur, nomen & originem habere tradit. Lanificio autem & coctione cereuisiæ, quæ isthinc ad finitima loca transferebatur, potens, ac diues facta, haud mediocriter creuit. Nunc verò quasi penuarium est omnium ferè contiguorum locorum, eò, quòd isthuc singulis septimanis frumenta sua coloni diuidenda frequentissimè conuehant. Vnde etiam horreum, siue granarium insigne amplissimumque isthic erexit quondam Adolphus primus dux, ex quo, necessitate postulante, Cliuiæ Duces, & Calcariensis Respubl. caritatem annonæ subleuant, & vicinis ciuitatibus ac populis, eam & prouisione, & copia sua, redderent laxiorem. Præstat hoc ipsis Calcariensibus situs, & nauigabilis fluuij commoditas, qui dorso suo naues, re frumentaria onustas, subuehens, gratas incolis merces apportat. Ob celebritatem igitur nominis, & insignia priuilegia, vna ex præcipuis vrbibus Ducatus Cliuensis Calcaria constituta est, ad quam maximus numerus ciuitatum ac pagorum, Iustitiæ causa, appellare consuevit. Eadem de causa, Anno Domini, MCCCXXXV. cum Eugenius Pontifex Theodoricum Moersensem Archiepiscopum Colonien. episcopatus honore exuisset, Adolphumque, filium Adolphi I. Ducis in locum depositi, nominasset (quam tamen dignitatem ille magnanimiter recusauit) permisit idem Pontifex Duci Adolpho, in suo Ducatu habere cathedram episcopalem, reseditque Calcariæ ad tempus Episcopus, donec Theodoricus pontifici reconciliaretur. Fuit is Theodoricus à Moersa, Anno Salutis M.CCCCXIII. in Archiantistitè dissona electione creatus, & non spiritali gladio, sed & in ciuili varia sæpe fortuna, clarus, atque Ecclesiæ Colonens. clauum annos XXXVIII. magnificè tenuit. Sunt haud obscuri nominis Geographi, qui è Cornelij Taciti libro primo obseruarunt, supra hanc ciuitatem, in loco, qui modò dicitur (*auff den Baern*) olim Germanicum Cæsarem Rheno ponte iunxisse, cum ille à veteribus castris (nunc Xanthen) expeditionem in Marfos moueret, quos arbitrantur nunc Tventiæ incolas esse, apud quos etiam nū oppidulum Otmarsen antiquissimum gentis nomen referens, existit, vbi Tacitus, celeberrimum Tanphanæ Deæ delubrum à Romanis euersum, ac prophanatum, commemorat, quod opinio est, erectum fuisse, in eo ponte, qui nostro æuo Benthenerberg, vulgò cognominatur. Amplissima Deo dicata Ecclesia, & à tutelari numine S. Nicolao cognominata, venustissimè oppidum hoc Calcariense exornat, in qua Maiorum zelo ac pietate, quatuordecim viri rerum sacrarum administrationi, perpetua & benè dotata, licet frugali, fundatione præsumt. In quorum ordine, non infimum dignitatis gradum D. Matthias Holstegius obtinet, qui mirificè hoc tempore, patriam hanc suam, concionibus, sacris, & eloquentiæ gloria, illustrat. Cœnobium bina, consecratarum Deo Virginum, Calcaria habet. Et Dominicanorum instituti vnum præcellenti bibliotheca, omni librorum genere instructissima nobile. Xenodochium etiam vnum, misericordiæ domum, non immeritò dixeris, in quo peregrinantium & ægotantium votis, summa pietate respondetur. Ciuica quoque domus, eleganti structura, ac insulari situ, amplum huius oppidi forum, inclytum reddit. Quinetiam vel hoc solo nomine, Calcaria sc̄elix, atque beata, quod prudentissimus ei senatus, ab omni hæresum labe alienus, & in eo incorruptissima, æquissimaque iustitiæ administratione spectantissimus Iudex à Deo Opt. Max. sit datus, Bernhardus Steull. Cui quidem non minus, quàm Scipioni quondam Romani incolæ, meritò debent, eò, quod eorum conatibus, qui catholicam & amabilem religionis ac politiæ vnitatem, turbulentissimis dissidiorum furoribus, perturbare moliantur, velut inuictum sese athlitem, opposuerit. Præcipuum proinde Calcariæ ornamentum est, quòd vicinis passim locis ac oppidis, dogmatum varietate nutantibus, ac peregrina adulterinaque schismatum doctrina labefactatis, ac dilaceratis, quæ seditionum ciuilium fomentum semper fuit: Hæc singulari quadam clementia Dei, quæ sola politicas ac ciuiles societates tuetur, atq; defendit, in hunc vsque diem, hæreticorum non sit contaminata erroribus, & in medio, ceu Babylonicæ fornacis ab incendio, & ab eorum doctrina, quæ ad audientiū subuersionem, velut cancer serpit, libera, auitam atque Catholicā fidem, quam à maioribus per Ecclesiasticam traditionem, & incorruptam atque ordinariam successiōnem accepit, constantissimè retinet. Vnde etiam symbolū hoc sibi incolæ, ex cap. XXII. Prouerbiorum Salomonis statuunt, & monumētis inscribunt: **NE TRANSGREDIARIS TERMINOS ANTIQVOS, QVOS POSVERVNT PATRES TVI.** Hoc verò tempore illustrissimo, Optatissimoque Cliuensium Duci Guilielmo, hæreditario iure, Calcaria paret.




CALCARIA, DV  
 CATVS CLIVEN  
 SIS, MVLTVS DO  
 TIBVS, NOBILE OPP:



THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTENOR LENOX  
TILDEN FOUNDATION  
500 N. 5TH ST.  
NEW YORK, N. Y.











WISSENBURGVM.  
Wissenburg.



RUFFACHVM, Vulgo  
Ruffach.



COLMARIA, vulgo  
Kolmar.



BADENSE  
OPPIDVM  
Vulgo  
Ober Baden.

LVII 2 A LA


# H A L A S V E V I A E.



**H** A L A Sueviæ, in valle ad Cocharum flumen, illustre & imperiale opp. validum quondam propugnaculum, aduersus Francorum incursiones fuit. centrum quasi est territorij mille passuum, foueis & sepimentis clausi, quod multis imperatorum ac Regum immunitatibus & priuilegijs amplissimè dotatum est. Fuit autem is locus ante oppidi ædificationem vastus, horridus atque syluosus, arcibus quadraginta munitus, quarum nostro etiam tempore quædam supersunt, quædam inclytis & patricijs, fato deletis, familijs interierunt, quarundam adhuc rudera, miram vetustatem attestantia conspiciuntur. Ijs verò concidentibus, Hala oppidum, fatali numine potius, quàm humana industria adspirante, initium sumpsit. Idque hac ratione. Eo in loco, vbi hoc tempore fontes, talis occunitate præstantes videntur, lacus fuit herbidus, salsam, mirâ perennitate, suppedians aquam, in quo feræ syluestres, nullo non tempore conspiciebantur, eam potissimum aquam lambere, & productis ibidem herbis, magis, quàm iisdem etiam alibi copiosè natis, oblectari (locus etenim hic, opacis passim syluis natura constitus, feris abundat, adèò quidem vt etiam monocerotis, iustæ magnitudinis cornua, non semel ibidem inuenta fuerint.) Itaque venatorum industria, cùm feris indagandis occuparentur, aqua in eo lacu salsa, & proinde salis coquendo idonea, comperta est. Quamobrem illustres viri VVesteni Comites, quorum eo tempore in VVesten (vbi nunc parochialis ecclesia conspicitur, & Murrensis Abbas domum, decimarum collectioni destinatam, habet) domicilium fuit, casas in horrido nemore, & tuguriola, leuiori materia excitarunt, in quibus salis conficiendi ratio & officinæ instituerentur. Atque ita paulatim vicini, salis fœcunditate allecti, frequenti numero huc commigrantes, multa domicilia condere cœperunt, quoad ita paulatim, temporis successu, imperiale oppidum, eo casu nasceretur. Quisnam autem primus oppidi condendi autor fuerit, & quonam pacto, quouè etiam tempore, ad imperij ordinem deueniret, certò sciri non potest, eò potissimū, quòd cùm Anno Christi M. CCC. LXXVI. oppidum vniuersum Vulcani furoribus consumeretur, instrumenta scripta, & omnia vetustatis atque originis monumenta, perierint. Denominationem verò hoc euentu consequutum putatur. Galli, dum loca Rheno vicina, occuparent, Halam salis coemendi gratia, venientes (sicuti etiam num ingens hinc salis copia, ad Rheni flumen, defertur) & fontis inuenti aquam degustantes, quò suis, eam acidi esse saporis significarent, hac dictione, Salsum, vsi fuisse dicuntur. Eius verbuli nouitate in salinarijs officinis coctores commoti, mercatoribus suis, quibus cum ipsis perpetua negotiatio erat, gratificaturi, imperitia sermone, separatis vocabuli syllabis, primam loco, Sal in Hal, alteram verò fonti attribuentes, Sum, in Suln commutarunt. Quæ quidem & fontis, & oppidi appellatio, in hodiernum vsque diem perdurat. Alij verò hinc Halæ denominationem deducunt. Septem quondam castra, quorum & iam separatim in oppido conspiciuntur reliquæ, hoc loci fuere, vnde primitus is Septiburgium nuncupatus fuit, quorum cæteris magnificentia præstans, Hall, appellatum, eandem, oppido deinde condito, nuncupationem reliquit. Munsterus verò, in sua Cosmographia: Germania, inquit, plurimum scatet aquis salsis, quarum aliquot fontes nobilibus oppidis decoros, ob id, Halas, vocabulo à Græcis deducto, nostri denominant, vt est Hala Sueviæ. Et hæc quidem de nominis deductione sufficiant. Oppidum porrò ipsum, tres primarias in partes diuiditur. In qua Salinaria exercetur, vetus obtinet nomen, fontem, & parochialem D. Michaëli nuncupatam Ecclesiam: Alia verò citra Cocharum flumen oppidi regio ex prioris originem trahens, Instituti S. Ioannis commendariam (in qua quondam Hospitale, quod Anno Christi MCCCC. IIII. in ipsum oppidum translatum est) vnà cum Ecclesia D. Joanni sacra, multis Imperatorum priuilegijs dotata, & S. Catharinæ parochiam continet, quæ ante istius suburbij ædificationem à Comitissa de Gerstetten, Coenobium virginum constituta erat. Tertia demum regio, vulgò Gellvingergass, nuncupata, pecudum & equinū forum habet. Ob hanc tripartitam autem oppidi diuisionem, qui eius Gubernacula tenet Consul, vt in Germania passim à ciuium præfectura, Burgimagister. Ita hoc loci oppidorum magister nominatur. Cocharum flumen Halam intersecans, plurimas ei commoditates adfert, præsertim vectura lignorum, quibus in salis coctione vtuntur, vnde non huius modò oppidi incolæ, sed & vicini quæstum, & fructus ingentes percipiunt. Nam in salinarijs cassis, tam nocturno, quàm diurno tempore, continuo occupantur labore, qui decem & quinque vrnis, aquam ex fonte Sul, hauriūt, & per canales subtili ratione compositos, ad sartagine plumbeas, quarum C X I. sunt, deducunt. Designatum fuit olim hoc oppidum pro iudicio eorum, qui dissidio aliquo & simultate laborabant, cupiebantque monomachia, & certamine publico, & victoria ipsa tueri, & probare integritatem suam. Nam qui athleta euasit, ille iudicio hominum, insons declarabatur. Permittebatur autem huiusmodi conflictus & duellum nobilibus, & his, qui equestri erant præditi dignitate, si quando notam infamiæ iustam diluere cuperent, id fieret manifesto victoriæ iudicio, & ad huiusmodi rei executionem, senatus Halensis, suas olim ab Imperatoribus & Regibus, leges & priuilegia accepit. Si quis autem eiusmodi Monomachia planiorem descriptionem, & processum desideret, is Sebastiani Munsterij Cosmographiam consulat.



HALA. ad Co.  
 charum flumen in Suevia op.  
 salis foecunditate, nobile.




- |                          |                             |
|--------------------------|-----------------------------|
| 1 Das Rath haus          | 21 Das stettthor            |
| 2 Das zegg haus          | 22 Das eych thor            |
| 3 Das Paffusler clost.   | 23 Das riedamer thor. (en.) |
| 4 Das Sulffer thor       | 24 S. Catharinen Pfarckirch |
| 5 Die zell hutten        | 25 S. Iohanner hoff         |
| 6 Das unter werd bad     | 26 Das weiller thor         |
| 7 Das stall ond pron     | 27 Der feul thurn           |
| 8 Das wasser der Kocher  | 28 Das spitfall             |
| 9 Der schenker hoff      | 29 Das Geshinger thor       |
| 10 Die Henckers brücken  | 30 Das sech klaus           |
| 11 Die schulbacher Kirch | 31 S. Iosf. der Gotsacker   |



CAPITOLINA VVICO

1717

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



# CAMPIDONIA, VVLGO KEMPTEN.



**C**AMPIDONIA, peruetustum Germaniæ oppidum, quod ante Christum natum, appellatum fuit, vt aliqui scribunt, Vermeta, deinde Trettica, tertio Vertica, & vltimò Campidonia. Habuit etiam vetustū castrum montanū, Hyllamont appellatum, quod olim inhabitârunt quidam duces Sueuig, præsertim Esnerius, qui ad fidem Christi fuit conuersus. Deinde post eum, atque ex semine eius nati sunt, dux Gotfridus, dux Hebingus, Nebus, Imanus, Hildprandus, qui potens factus est in Sueuia & Ylgergoia. Sustulit ille ex Regarde vxore sua, natione Bauara, in monte Ardex, filium, Vlrichum nomine, qui postea factus fuit episcopus Lausanensis; & filiã, nomine Hyldegardim, quæ nupsit Carolo Magno, genuitq; ei quatuor filios, Carolum, Pipinum, Lotharium, Ludouicum, & quatuor filias, Getrudim, Gyselam, Bertham & Hilddegardim. Habitauit dictus Hildprandus, aliquando in Ardex, aliquando iuxta Rauenspurgum, in monte sancti Viti; aliquando in Hyllamont, prope Capidoniam, & filia eius Hildegardis, consentiente marito, Carolo Magno, fundauit monasterium Capiduen- se, contulitque eidem comitatum Hyllamont, cum multis priuilegijs. Cæterum arx Hyllamont, nostro tempo- re est diruta, vocaturque Burghalden, & est præruptus collis, mœnijs ciuitatis inclusus, cuius summitas magnã habet planiciem, quæ aliquot fortalicijs est munita, patetque indè liber prospectus in omnem regionem. Ylerus quoque piscosus fluuius, alluit radicem huius collis, atq; mœnia ciuitatis. Est proinde in memorato monaste- rio Campidonensi sepulta dicta imperatrix Hildegardis, Anno Christi 783. Et primus huius monasterij abbas fu- it appellatus Amelgarius, aut potius Andegarius, vt habet fundatio. Postea assecuti sunt abbates titulum princi- pum, atque inter quatuor abbates imperij, numerati. Oppidum verò Campidonense, longè postea imperio est subditum. Est autem satis benè munitum, habens populum bellicosum, paranturque ibi cultri optimi, multa telæ, albi & cærulei coloris. Sciendum quoq;, Hildegardi fuisse sororem, nomine Adelindim, quam duxit vxo- rem, Otto comes de Kesselberg, cuius habitatio fuit in Blanckenthal, prope Biberach, quæ Adelindis, post sui mariti mortem, fundauit monasterium Buchavv, quod situm est iuxta Buchamensem lacum, non procul à Bi- beraco, in quod recipiuntur tantum puellæ comitissæ & liberæ, possuntque pro voluntate egredi & nubere ma- ritis. Quomodo autem Hildegardis, fauore & consensu Caroli Magni mariti sui, fundauerit monasterium Cã- pidonense, atque dotauerit comitatu Hyllamont, ostendunt litteræ foundationis eiusdem monasterij, quæ ad- huc in suo originali extant, mihi que legendæ exhibitæ sunt, ab illustrissimo D. VVolfgango à Greimëstin, eius- dem monasterij abbate. Certè, vt verum fatear, vetustiores literas ego in vita mea non vidi. Sonat autem funda- tio in hunc modum. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus diuina fauente clementia, Imperator Augustus. Si sanctam Dei ecclesiam digno magnitudinis nostræ munere sublimare, augmentare, atque subue- nire, ad æternam nostram remunerationem, & regni nostri stabilitatem prodesse confidimus, ideoque nouerit omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium, nostrorumque, præsentium scilicet, & futurorū solers industria, qualiter nos ob interuentum sanctis. patris nostri Adriani papæ, ac supplicem rogatum dilectæ coniugis nostræ Hilde- gardis, nec non propter nobilem ac fidelem famulatum Ioannis Augiensis, & S. Galli, reuerendi abbatis, eius- demque episcopi Constantiensis precem, ob meritum Rudangi Metensis episcopi, & Sturmi VVuldensis abba- tis, seu cæterorum principum innumerabilium, nobis assistentium, Andegarium quendam nobilem, magnæ re- ligionis virum, & primum Campidonensis cœnobij, ad regularem disciplinam instructorem, assumpsimus, & in eodem loco Campidonensi, qui ab eodem in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, constitutus est, in pago Ylgergv, abbatem eum cõfirmauimus, & à Papa Adriano in sancto die paschæ consecratū, preciosissimis san- ctorum martyrum, Gordiani, & Epimachi, corporibus donatum, in suam abbatiam honestè transmisisimus. Sed quoniam prædicta coniunx nostra, in eodem cœnobio, locum sepulturæ se habituram ordinauit, diuersis mu- neribus ditando, quicquid in pago Ylgergavve, & Augusgavve & Albgavve, materna hæreditate legitimè obti- nuit, cum nostra potestatiua manu, & imperiali largitione illuc tradidit, & in proprium ius eiusdem monasterij transfudit, & perpetualiter possidendum, sicut in alio breui cõrinctur, donauit. Nos igitur eundem locum, vtpo- te de nostro & in nostro fundatum, ac fundatum, in nostro nostrorumque successorum mundiburdio, siue de- fensione fore constituentes per nostræ autoritatis munitionem cõfirmamus, & præcipimus, vt nullus publicus iudex, neque dux, neq; comes, aut quislibet ex iudiciaria potestate, villas, curias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, memorato monasterio, præsentis tempore subiacentes, &c. & in fine sic concluditur. Quod vt verius credatur, & omni tempore incorruptū habeatur, manu propria roborantes, sigilli no- stri impressione iussimus insigniri. Hæc & alia plura in sua cosmographia Munsterus.



CAMPIDONIA vulgo Kempten, peructus sacri Roma-  
ni Imperij oppid

- |                   |                  |                     |                   |                 |              |
|-------------------|------------------|---------------------|-------------------|-----------------|--------------|
| 1 Steininer thor  | 6 Newstat thor   | 11 Maltesmüll thurn | 16 Statmüll       | 21 Rathaus      | * S. Hilpar  |
| 2 Bruggker thor   | 7 S. Anna Klost. | 12 Haydenthurn      | 17 Zimberhut      | 22 Salzstadel   | 27 Kils      |
| 3 Spittal         | 8 Vflker thor    | 13 Pfeiler thureln  | 18 Die Metzg      | 23 Die waldsch  | 28 S. Lorenz |
| 4 Brütergast thor | 9 Ruggert thurn  | 14 Schießgrub       | 19 S. Mangé kirch | 24 Siether thor | 29 Kirch     |
| 5 Burgwald        | 10 Kloster thor  | 15 Bapparmilj       | 20 Waagstall      | 25 S. Steffan   | 27 Im Weid   |



LIBRARIUM M. M. I. S. T. I. N. A.

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a historical or administrative document.





## FRIBERGVM MISENAE



Pp. nobile, ac opibus, ob fodinarum metallicarum præstantiam, affluens, in Suditorum montium pede, qua parte ad Misenam spectant, situm. Boemia enim ipsa, vndique montibus syluestribus septa & vallata est, quorum altiores, qui partim eam circundant, partim longè in eius interiora pertingunt, ac regionem ipsam ferè interfecant, partim extra eam etiam meridiem versus, sed longius occidentem excurrunt, Suditos appellari, scribunt. Prima fundatione constructum est ab Ottone Marggrauio Cōradi Marggrauij filio, FridERICI Oenebarbi, Augusti temporibus, ante annos 383. Imperij sui anno XIX. Duo hoc loci pagi erāt, sub dominio cœnobij veteris Cellę: Alter Lofnitz, ab influente riuulo: alter Christiani pagus, cognominatus, pro quo deinde Rupsense opp. cœnobium recepit. Venæ, auto grauidæ & eæ quidem, non hominum industria & arte, sed fortunato & mirabili casu inuentæ, augustissimum Friburgensi oppido dedere initium. Quemadmodum enim equus, calce ferrea, reconditam nigri plumbi venam, in monte Goselario integumentis nudauit, ita vehiculi rota, iuxta hoc opidum, fortuito, venas aperuit. Quod Georgius Agricola, lib. I. de veteribus, & nouis metallis his verbis describit. Ad Salam, flumen, Straboni non ignotum, est Hala, quæ quōdam pagus fuit, hoc tempore vrbs est ampla: locus certè iam inde à Romanorum temporibus illustris, & clarus, salis fontibus, de quibus Hermonduri, cum Chattis certarunt. Hincigitur, cū quidam quadrigæ, vt etiam nunc fit, salem recta per Misenam vehunt in Boemiam, eius condimenti, vel hodie non minus, ac olim inopem, in orbita vident galenam, torrentibus detectam, quam, quia similis esset Gossellarianæ, in currum coniectam, apportant Gossellariam. nam iidem vectores, solebant ex eadem vrbe, plumbum nigrum euehere, ex qua galena, cum multo plus argenti, quàm ex Gossellariana, conficeretur, aliquot metallici contulerunt se ad illum locum Misenæ, in quo nunc Fribergum oppidum. Non multo post tempore, hi, qui Cellerfeldi fodiebant argenti metalla, & eorum Magister, qui certis de causis, Principi vici Brunonis, grauis & acer inimicus erat, machinis ac scalis conscissis, ac relicta Saxonia, cum illis coniuncti, & consociati sunt. Ex quibus Fribergi pars, quæ nostris etiam temporibus fossiores incolunt, Saxonum oppidum, est nominatum, sicuti vetustatis monumenta apertè loquuntur. Ob insignem autem venarum Friburgensium fecunditatem, inter Albertum, & Diethmarum Marchiones fratres, Ottonis Marggrauij filios, grauissima est orta cōtentio. Itaque Henricus Sextus, Adolphus, & Albertus A. A. A. bellicis tumultibus plurimum detrimenti ac damni, huic oppido intulerunt: inprimis verò Adolphus; quare nunc paulo copiosius de eo, verba facturi sumus. Edouardus primus, eius nominis Angliæ Rex, peringentem pecuniæ vim, ad Adolphum Imperatorem transmisit, vt militem suo nomine in Germania conscriberet: verum is fidem regi soluens, vniuersam eam pecuniã, in Misenæ regionis emptionem conuertit, ab Alberto Thuringæ Landgrauio, & Misenæ Marggrauio, magna & ignominia, & perniciæ emptoris. Duo etenim Landgrauij filij, Fredericus atque Diethmarus, dum aduersus summam Imperatoris potentiam, summa iniuria conditam, & contra iniquos Parentis conatus, iuris administratione nihil quicquam obtinere possent, tandem ad arma cogitationes suas dirigunt. Cæterum, Imperatoris vincuntur potentia, qui plurimas Misenæ vrbes inuadens, tandem, cum vniuersa totius Imperij manu & phalange Germanica, montes, oppido vicinos occupans, in ijs tentoria locat, atque Fribergum graui obsidione premit, muralibusq; machinis mœnia sine intermissione verberat. Ea obsidione, collapsis aliquot fodinarum cuniculis, multi Cæsariani milites, montium ruinis oppressi dicuntur. Quod hoc loci, nec nouum, nec admiratione dignum, cum obliquis, rectis, ac dilatatis, transuersisque venis, cuniculi hîc omnibus ferè in locis sint acti: & nostro etiam tempore, fodinarum putei, vel ob vetustatem, vel ob tigna per interualla collocata, debilia, vel denique ob fibras, aquis peruias, concidunt. Imperator autem, cum annum integrum, & menses quatuor, Martem obsessis, quàm castrensibus, magis esse propitium videret (tanto enim animo ac robore oppidani repugnabāt in hostem, vt graue ipsi negotium facefferent) & armorum strepitu, oppidi consequendi spem omnem præscinderent. Itaque Imperator, vt erat ingenio vafro atque versatili, magno astu, fugitiui cuiusdam opera vtitur: qui maximorum præmiorum promissione illectus, ad Donatiam portam, per riuulum Monetarium, vulgò, *Die Münsbach*, clam hostem introducit. Et ita tandem vnus patriæ proditoris auxilio, oppido Imperator potitur: Arcem Freudensteinianam, vt Cuspianus, actis per terram cuniculis, vi expugnat, alij, per deditiōem occupatam, affirmant. In ea sexaginta viri, nobilitate illustres, contra fidem ac æquitatem germanam, barbarica immanitate, trucidati. Reliquos autem milites, quorum bellica virtus, in hoste impigrè infestando, præ cæteris enituerat, Fredericus Marggrauius, trium oppidorum permutatione, *Leising/Rochlitz*, & Grimme, redemit, & corporis tatum incolumitate parta, rebus omnibus amissis, Misenam regionem deseruit. Quoniam verò, nonnunquam virtus, graua sentire incommoda, at verò nunquam supprimi queat, permulti fuerunt, qui commiseratione animi ducti, profligatum hunc principem non esse deserendum putarunt. Maximè quidem, quia intolerabilem & insolentem Cæsareanorum tyrannidem considerantes, non existimârunt, eorum dominium, in quod sæuitia introducti fuerāt, fore perpetuum. Itaque Thuringiæ nobilitas, & Ostromarini, auxiliariibus Misenorum collectis copijs, Saxonie confirmati, & stipati equitibus, quos Albertus Parthenopolitanus Dux, ipsis subsidio miserat, confertissima acie Fredericus Marggrauius, tanto ardore Cæsareanos iuxta Lucam inuadit, fundit, fugat, dissipat, & talem cædem ac stragem facit, vt tritum hinc vsu sit natum prouerbum, Lucanam cladem deuita. Hoc successu Fredericus Marggrauius animatus, ipsum Friburgense oppidum (quod Cæsareani misere vexabant) impavidus aggreditur, facili negotio expugnat, & præsidiarijs cæsis, veterem magistratum pristinae dignitati restituit, atque ciuibus Cæsaris partes fouentibus, post biduum oppido interdicit. Et talis quidem, iniquæ huius oppidi venditionis, exitus fuit.

FRIBERGVM MISINÆ



A. Der Ring.	F. S. Donatz Thor	9. Kauffhaus.	18. Vnder zebrude
B. S. PetersKirch	3. S. Michaelis Thor	10. Vor der Stadt	maß nach dem
C. Peters gasse	7. S. Michaelis gass	10. Mühl	Stromhaff, mit ei-
D. Peters Thor	V. Altes Ruck	11. Siedehaus	nem gefel.
E. Hölzer gass	1. Das Schloß	12. Dorrenschonberg	19. Schwarzfärbe
F. Kornhaus	2. Silberbauß	13. Kellberg	20. N. v. Gotsacker
G. Ritzsch Thor	3. Oberstler	14. Zippenberg	21. Die Rinne
H. Müntze	4. Heilig Creutz	15. Der alte Gotsacker	22. Buchdruckerhaff
I. Rhatthaus	Thor.	16. Vnder euffre maß	23. Löffelreinerz
K. Wein gass	5. Nomen gass	nach dem Trom-	garen.
L. S. NicolausKirch	6. Burg gass	hoff.	24. Puff teich nach
M. Baßhuben	7. Fleischhauk.	17. Vnder sechtmass	einander
N. Kautschiff	8. Des Ruck	nach dem Trom-	25. Schiffplan
O. Mühl	Maßschiff	hoff.	26. Leipzigerisch Straß



Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several columns and is mostly obscured by the large water stains.

Handwritten text, possibly a signature or a date, located in the upper left quadrant of the page. The ink is dark and somewhat faded.



# BASILEA



**B**ASILEA, RAVRICORVM vrbs celeberrima, vtramque Rheni ripam ponte coniungens, Maiore in Gallico, ciuitate autem minore, in Germanico littore sita, ex sententia B. Rhenani: non ἀπὸ τοῦ βασιλέως, quod à rege Henrico condita sit, sed à traiectu, quem lingua Romanensis, hoc est, Callica, passum vocat. Vnde etiam Bassella Mosellanica, quam vulgò Passel appellamus, sibi nomen vendicauit, vt sit dicta Basilea, quasi Passilea. Traiectum enim hoc loco fuisse, verisimile est, etiam dum stante Augusta, quòd hic propter vallem, per quam torrens è Birsia ductus fuit, ripa sit humilior, & ob multas causas ad transitum aptissima, apud Augustam autem prorsus abrupta. Proinde consentaneum est, hic transmittere solitos, quibus cum Rauricis res esset, vt Germanorum, Tacito teste, & dubio procul postea Alemannorum, in ripa tantum commercium. Huc facit, quod in Olinone perpetuum praesidium habebat Dux sequanici tractus, non tam ob defensionem prouinciæ, quam ad tuendum istum praecipuè traiectum, ad quem locus ille rectè respondet, Antiquam villam exiguum viculum attingens, & nunc prorsus syluestrens retento tamen nomine. Et quia munimento opus habebat traiectus aduersum Germanos, & mox Alemannos, ideo duo propugnacula erexere Romani, quorum fundamentis turres istas duas impositas credo, quas hodie videmus, alteram in capite pontis, alteram paulo inferius, à sale hodie nomen habentem, quod in ea asseruatur. Iam post triumphandam illam Alemannorū in Galliam immigrationem, primū domos vtrinque aedificatae sunt nauiculariorū & pandochiorum, initium futuræ duobus oppidis. Mox verò locus frequentior fieri coepit, vt etiam mercatores illic habitarent. nam circa traiectus omnis generis hominū turba confluere solet. Nec alia res pluribus oppidis originem dedit, vt Schefhusia ad Rhenum à nautarum casis sic appellata, Vlmæ apud Danubium, Heidelbergæ apud Nicrum, Selestadio apud Ellum fluuium, & innumeris alijs. Quanto verò magis minui coepit Augusta, tanto Basilea auctior indies facta est, noui populi, qui nuper ex Germaniæ finibus Rhenum transierat, noua ciuitas, quum illam omnes fugerent velut inauspicatam, & semirutam, hanc autem propter multas commoditates non solum traiectus ipsius, sed & facilius omnium rerum importationis, & melioris agri viciniâ, omnes adamarent. Si quid igitur post multa excidia miseræ Augustæ superfuit, hoc totum velut colonia quædâ Basileam commigrauit. Porro opinionis meæ argumentū est, quod senes indigenæ narrare solent, ita à maioribus suis edocti, vbi hodie Basilea est, olim nihil fuisse nisi traiectū Rheni, duabus illis turribus, quæ etiamnum viuunt, communitū. Et addunt, eam viam, quæ à Rheni ducit ad forum piscariū, ab infortioribus, illic habitantibus, inuenisse nomen, adhuc antiquioribus notum, quæ vetus loci celebritas, confirmat, eam vrbs partem cæteris antiquiorē. Proinde qui Basileam dictā putant, quòd regia ciuitas sit, me non habebunt ἐμὸ ψηφον. Ostendimus enim modò, quæ nā fuerit illius origo. Ac indubium est, eo nomine vocatū locum, priusquā aliquid extructum esset, quod regiū dici mereretur. Nec mos erat Romanis Græcicas oppidis siue munimentis à se conditis appellationes indere, multo minus Alemannis. Concordiâ apud Tribonos agnoscimus Romanorū opus, agnoscimus Tabernas, Vicum Iulium, Altam ripam, & quod ijs omnibus Basileæ vicinius est, Tyberij forū. Nisi concedere velimus, eos, qui huic loco vocabulū primi imposuere, fuisse diuinos, vt qui praecierint exorturâ ibi posterioribus sæculis ciuitatem, quæ regia nomenclatura digna foret. Nam si quis hodie Basileam contempletur, an non regiam vocabit? quando ea est viarum mundicies, ac ædium in commune æqualis ordo, quarundam etiam magnificentia atque amœnitas, praesertim quibus à tergo viridariū est D. Petri, & Prædicatorū cœnobium, amplas areas, & hortos elegantissimos habentibus, & quæ Rhenū aspectant, vt etiam ijs, qui Italiam viderunt, placere possit, nisi quòd hypocaustorū vsus multos offendit non assuetos, & pandochiorum sordes. id quod cum tota Germania commune habet. Cæli rara quædam ac grata temperies. Ciues, humani. Templorum satis magnus numerus. Episcopale reparatum olim fuit à D. Henrico Augusto, quum terræmotu concidisset, siue, vt quidam volunt, post Vngaricam vastationem, multisq; donarijs ab eodem condecoratum, ad eò semper Basileæ benè voluerunt Henrici. Inter quæ eminet lamina illa aurea ligneæ tabulæ adhærens, septem milibus florenorum aestimata, qua ipse priuatim in larario suo, quum viueret, vsus est. Vnde & tutelareis diuos refert, quos ille praecipuè coluit, nempe quatuor angelos, Michaelē, Gabrielē, Raphaelē, Vriēlem, & Benedictum, ac in horum medio stantem Christum, cuius pedibus ipse cum vxore Cunigunde aduoluitur. Apud Diuum Petrum sacerdotum sodalitiū est, quod collegium appellant. Martini phanum parochiale est duntaxat. Leonardi verò etiam Canonicos instituti D. Augustini habet, quos regulareis cognominant. Ij, Ezelinum Canonicum episcopalis templi suum iactant autorem. Ego per similem occasionem institutos puto, quemadmodū eos, qui in monte Turegiensi degunt, à Turegiensibus canonicis, & eos, qui apud D. Arbogasti viuunt, ab Argentoratensibus cœnobiticam vitam deferentibus natos praedicant. Parochia D. Valrici vicina est ædi episcopali, Albani verò & Ioannis suum quæque suburbium claudit. Illic Benedictinorum, quos Hasenburgius Basiliensis episcopus acciuit, hic verò Ioannitarum domicilium. Prædicatores in suburbio D. Ioannis amplissimum possident cœnobium, ædificijs multis ac spaciosissimis hortis, praesertim autem Græca Bibliotheca spectabile. Ea potiti sunt post mortem Ioannis prius Argensis Episcopi, deinde Cardinalis Ragusini, qui in synodo Basiliensi in obeundis negocijs non postremas tulit. Franciscani ad mœnia veteris vrbs habitant, insignes amplissimo templo, quem locum Ezelinus Præpositus illis dedit. Augustiniani post hos receptis locum prebuit senatus Basiliensis. Cœnobia puellarum maius oppidum duo habet, & minus item duo præter monasterium Carthusiense & Parochiale D. Theodori templum ex aduerso situm. Vbi hodie Carthusia est, aiunt magnificam olim domum stetitisse, quæ Episcopi fuerit Basiliensis, quum illi id oppidum adhuc pareret, quod aliquando pignori datum Duci Austriae propter stipendia non soluta, senatus Basiliensis redemit. Academia quo minus floreat, in causa est prouentuum tenuitas, & nimia gymnasiarum in Germania multitudo. Præstaret esse pauciora & frequentia. Vrbs ipsa ab hinc annos plus minus ducentos ampliatam est, & suburbia nouo muro latissimè circumdata. Huic magnum decus, nec minus commodi, concilium attulit œcumenicum, hic prope modum decem & octo annis celebratum. Illustrat etiam hodie Typographorum solertia ac diligentia, quorum facillè princeps Ioannes Frobenius. Quod si quis siue viridarium D. Petri contempletur tum amplum, tum ob arborum copiam elegantissimum, cuius pars olim humanis Iudæis seruiit, seu pontem duo oppida coniungentem, & ad prospectum in amnem conuenienter accommodatum, facillè fatebitur etiam cum amœnissimis vrbibus certare posse Basileam. Si verò salubris cæli dotem expendat, procul dubio, palmam dabit. Igitur qui talem ciuitatem βασιλειαν, hoc est, reginam vel regiam domum ludens vocarit, non multum aberrabit. Absurdior est illorum opinio, qui à Basiliisco hic reperto nomen traxisse volunt, propterea quòd vident nonnunquam appingi basiliscum qui insignia vrbs teneat. Nam non considerant hoc fuisse solenne plerisque ciuitatibus, vt insignia affingerent ad suum quæque nomen in propria lingua alludentes. Magis ferendi sunt, qui à Basilio quodam Romano duce conditam & appellatam cōmemorant. Nam in antiquis codicibus vbique per i scribitur Basilia, non per e, quemadmodum etiam indicat liber Prouinciarum & vrbium Graiarum, Pœninarum, ac Gallicarum, quem vel ob hoc liquet non esse vetusti auctoris, quòd ciuitatem Basiliensiu inter ciuitates Maxime Sequanorum recenset, cuius erat traiectus & pars. Basileæ primum episcopum praesedit tradunt Pantulum eum, quem historia diuè Vrsulæ narrat cum illa virginum sodalitate Romanam profectum, & redeuntes Agrippinā vique fuisse profectum, ibique vnà cum illo puellarū examine ab inimicis Christianæ religionis trucidatum. Hęc B. Rhenanus. Rodolphus Comes Habsburgensis, Anno Christi M. CC. LXXIII. Basileam obsidebat, vt stelliferorum factionem (qui à Pfittacis vrbe eieci etant) reduceret. Eum Germani Principes, nihil minus cogitantem, Francofurti calend. Octobris, vnanimi consensu, propter insignem virtutem ac pietatem (urgente id maxime Moguntino Episcopo, quem olim Romam proficiscentem in itinere comitatus, incolumem duxerat ac reduxerat) in Regem Romanorum elegerunt. Electionis litteras Basileenses, Moguntini Episcopi opera, adepti, Rodolpho offerunt. Is foelicis nuncij ergò vrbem obsidione liberat. Eius rei fidem facit statua lapidea, quæ adhuc Basileæ extat, propè interiorem portam D. Ioanis in Bursa Leonina olim dicta Rodolphi chlamydati imago sedentis, sinistra sceptrum, dextra litteras tenentis. Hęc ex lib. XIII. Theatri vitæ humanæ, titulo, de Beneficijs pro felici nuncio, excerptimus.



- |                           |                             |
|---------------------------|-----------------------------|
| In maiori Civitate        | 15 Horreum hospitalis       |
| 1 Summum templum          | 16 Clarissimæ œnebrum       |
| 2 S. Leon. paroch. ecd.   | 17 Armamentarium            |
| 3 S. Pet. collegiata ecd. | 18 Plancie amœna            |
| 4 Domus senatoria         | 19 Præfectorum              |
| 5 S. Martini              | 20 S. Joan. Y Lepros.       |
| 6 Collegiū, acad. loc.    | Minor Basilea.              |
| 7 Augustinens.            | 21 S. Theodori paroch. ecd. |
| 8 Forum piscatorium       | 22 Carthusia                |
| 9 Franc. X. hospital      | 23 Clariss. alia monast.    |
| 10 Domus Teutonica        | 24 S. Nicolaus              |
| 11 S. Albanus monaster.   | 25 Klingenthal monaste-     |
| 12 Officiū bayri          | rium monialium.             |
| 13 Monast. S. M. Alayd.   | 26 Mol. ferratorij          |
| 14 S. Fabiani             | 27 Officina fabrilis.       |





# CONSTANTIA



CONSTANTIA, Costens/Sucuiæ vrbs, à Constantino Magni Constantini auo, dicta est, vt Leonhardo Aretino videtur, qui eam muro cinxit. Secus Picus illo carmine introduxit:

*Quos Constantini proles oriente subactos  
Occiduas repetens stellanti murice terras  
Condidit, & proprio signauit nomine.*


Vbi Picus à Constantini filio hanc auspiciatam dixit. Hæc vrbs, prius Vitudura nūcupata est, vt aiunt Aretinus, & Antoninus Pius in Itinerario. Ptolemæus Gannodurum lib. 2. cap. 8. tab. tertia vocat. Est autem episcopatus plenissimus. illic S. Conradus olim episcopus claruit, illic S. Pelagius requiescit. Est & ara illic instructissima, qua nobilior & preciosior non reperitur. Hic consilium fuit maximum, Anno 1414. de quo Platina in Ioanne, & Poggius Florentinus in Epistola ad Leonardum Aretinum. Est & tabula ibi antiquitatem præferens, cuius Aretinus meminit. Hæc refertissima piscibus vrbs est. Diu insolentias Heluetiorum sustinuit, extra ciuitatem illius S. Gebhardus Confessor, iuxta & martyr, ossa condidit, vbi 40. stadij *Heiligenberg* locus nominatur, vnde comites orti sunt de *Werdenberg*. Ibi & lacus Lemannus, cuius meminimus lib. 8. & lib. 1. Hi autem, qui circa lacum, & Constantiam morabantur, antequam à Constantino restituta fuerat Constantia, Nantuates dicebantur ab antiquis, secundum aliquos Natuantes: Horum Peutinger & Strabo lib. 4. meminerunt. Marlianus Nantuates, iuxta Heluetios esse & Sequanos scribit Plinius, lib. 3. cap. 19. nescio quid inferat alpinas esse gentes. Hactenus Franciscus Irenicus. De eadem hac vrbe hunc in modum Monsterus. Constantia vrbs Germaniæ non admodum magna, sed pulchra & amœna, iacet in eo loco, vbi Rhenus rursum, ex lacu Podamico emergens, in alueum redit. Ultra pontem, quem ibi habet Rhenus, hucusque crebra fuerunt ædificia, in altera scilicet fluuij ripa, sed quæ anno Christi 1548. ferè omnia igni hostili interierunt. Lacus omnium amœnissimus est, multaque castella & vicos vndequaque per ripas habet, aqua nitida, fundo glarioso ac perspicuo. Pisces fert varios quidem & multiplices, sed pro tanta aquarum magnitudine non admodum copiosos. Viginti millia passuum in longitudine patet, hoc est, quinque aut sex milliariibus Germanicis: latitudo alibi decem, alibi ad quindecim millia passuum extenditur, duobus scilicet aut tribus milliariibus Germanicis. Rhenus enim duos facit lacus, Venetum & Acronium, vt veteres appellauerunt, inter quos Constantia sita. Hi nunc à loco & dominijs sortiti nomina, superior Constantiensis, & à castro, vt putant, atque eius loci dominio de Podmen, Podamicus lacus dictus. Inferior ab oppido dicto Cella Rudolphi, Cellacensis denominatur. In infima lacus superioris parte, Constantia est sita. Est hodie omniū in Acronij & Veneti littore, conditarum ciuitatum florentissima, diuisa in duo hominum genera. Alij enim sunt equestris generis, alij plebei. plebei mercaturis & officinis intendunt. Equites veteribus patrimonijs cōtenti, redditibus aluntur, & equestri dignitatē obseruāt. Si quis plebeius ditior factus ad equestrem locū peruenire tentaret, ei nullo modo licere putāt. Ita per longa tempora vterque ordo in suis finibus consistit. Gubernatio tamen rei publicæ communis est plebeis & nobilibus. Fundus circum ciuitatem, omnium rerum est ferax, vini, frumenti, pomorum, pabuli. Quod si Theatro conuersionis Gentium credamus, Constantia statim post tempora Constantini Magni, fidei, religionisque Christianæ ministros habuit S. Paternum, Landonem, & eius scholæ alios, Anno plus minus CCCXX. Fuit autem primus Vindonissentium, idemque Constantiensium Episcopus, S. Paternus, aut, vt alij volunt, Anno CC. Zepherino Pont. Max. Antonino Caracalla Imp. Seueri filio.

## S. GALLI OPP.



SANCTVS Gallus, vir iustus ac timens Deum, venit, vt quidam scribunt, ex Scotia, secundum alios verò ex Ibernia, vnde cum Columbano, peragrataque Normandia, Francia, & Burgundia, venit in Alemanniam. Iuxta lacum Constantiensem, vbi aliquanto tempore commoratus, tandem iuxta montana in solitudine confedit, vbi hodie monasterium & insigne oppidum Sangalli extructa cernuntur. Contigerunt autem ista anno domini 630. sub Dagoberto magno rege Franciæ. Porro initio prouisum est illi & sodalitia eius à rege Sigeberto & reliquis Franciæ principibus in regione montana, quæ postea appellata est Abbatis cella, vulgò Appenzell, pecore & lacte, vnde commodè viuere cum suis posset: ac deinde labentibus temporibus sui successores abbates maiora obtinuerunt apud reges & Imperatores, tandemque monasterium ex contributione elemosynarum, ex largitionibus & legationibus adeo cœpit ditescere, vt monachi emerint terras & homines. Fuit primùm hoc monasterium nobilium & ignobilium schola, ex qua multi docti viri prodierunt, vt etiam aliquando sesquicentum studiosi & fratres illic fuerint nutriti, nulla alia cura distracti, quàm vt literarum studio, & ingeniosioribus artificijs, quæ nobiles animos decent, intenderent. Vnde & ad diocesium Constantiensem multi episcopi hinc fuerunt petiti. Porro oppidum ipsum S. Galli, ante septingentos annos cœptum est sensim per domunculorum estructuras & designata iuxta monasterium spacia ædificari, & quum longè post Vngari in superiori Germania grassarentur omnesque terras vastarent, cinctum mœnibus. Paruit ab initio ciuitas ipsi monasterio vsq; ad tempora Friderici primi, tunc propria imperij aduocata ciuitas est administrata, quam & nepos eius Fredericus secundus anno Domini 1220. confirmauit, post quos dies fuit imperio incorporata, licet interim multis obsequijs monasterio quoque fuerit astricta, à quibus tamen, honestis medijs, & compensatione pecuniæ, aliorumque bonorum successiuè liberata, ad propriam venit iurisdictionem, in qua situs & imperij aduocata, à regibus & Imperatoribus honorificè fuit priuilegijs, & libertate donata. Fuit quoque multis annis quibusdam dominis, terris & oppidis, quin & abbatibus ipsis confœderata, & tandem confœderationi Heluetiorum perpetuò incorporata, anno domini 1454. Situs monasterij est intra mœnia oppidi, habetque paucas domos inclusas, atque duos hortos, reliquæ planicies, quæ diu noctuque absque maceria pateant, sunt ciuitatis, omniaque includuntur muro, & turribus ciuitatis. Intra circum monasterij patet omnibus locus immunitatis, qui non capitaliter præuaricantur. maleficium verò, seu crimen capitale, per ciuitatis iudicem punitur, si sit notorium, &c. Iacet hæc ciuitas Sangalensis iuxta & partim intra montes, in fundo agresti, sed habet prospectum amœnum, aerem salubrem, atque aquam optimam, prædia denique mediocriter bona. est populo diues, & ciuili ordine composita. Operantur ciues in eo oppido variam lini texturam, habentque viros ingeniosos, & mercatores varias callentes linguas, quorum negotiatio extenditur ferè in totum Christianitatis orbem, non sine magna commoditate adiacentium terrarum & populorum, præsertim Appacellensium, Rhintalensium, populorum monasterio subiectorum, Thurgoiæ, & comitatus Toggenburgensis. Habent interim & negotiatores suum lucrum, sed non sine periculo, quod vicini, qui suos labores eis cum emolumento vendunt, non expectant. Vitæ necessaria oppidum commodè habere potest à memoratis terris, puta pisces, carnes, lacticia, & reliqua. Frumentum petit à regione Podamicum attingente lacum, ad quem iter est trium aut plus horarum.

CONSTANTIA, vulgo Costnitz memorabile Suevic opp.



S. GALLI OPP. et Monasterium Helvetiorum, aſſerente Ottono Friſingenti lib. v Chron; a S. Gallo, qui in Sueuia, et Conſtantiensi territorio reſedit, erectum.







## OENIPONS.



**N**IPONTVS, Germanicè *Inßpruck*/ oppidum Comitatus Tirolensis, perquam elegantia & venusta structura excellens, Oeno flumine irriguum, in quo Camera & parlamentum est eius ditionis, quo omnes, aliorum iudiciorum appellationes diriguntur, sedem etiam & aulam eius regionis principes sibi delegerunt, nec immerito. Si etenim vicini fertilitatem soli, omne frumenti genus, & præcellentis vini copiam magna ex se ubertate fundentis consideres, si nobilitata pascuis, & irrigata fontium perennitate arua, si conualles, amniculorum murmure lætas, si denique venatio te capiat atq; delectet, statim, ubi deserueris oppidum, passim ceruorum, & rupicaprarum greges in montium passim iugis, in nemoribus atque campis venantibus occurrunt, qui canum latratu & indagantium sagacitate turbati, opimam, iucundamque insectantibus prædam suppeditant. Cumque vniuersus hic comitatus, in ipsis ferè alpibus inter Bauariam & Italiam consistat, stupendæ altitudinis heic vitiferos, illic siluofos montes, & inaccessa hominibus iuga, perpetua niue candentia habet. Quinetiam argentifodinis hic comitatus, in primis apud oppidum *Schwan*/ adeò diues est, vt non modò ducatu, valde opulento, præferri, sed etiam regno comparari posse videatur. Nam vti Cuspinianus, in sua Aufrasia auctor est, pendet suo Principi quotannis ordinariè trecentum milliù aureorum numum. Insuper, est & in eo æris metallum omnium præstantissimù, cum vix alibi adeò ductile reperiatur. Vix verbis exprimi potest, quanta sit huius loci, cum amœnitas, tum fertilitas. Videtur siquidem benignissima tellus mater, hunc sibi potissimum delegisse locum, in quem omniù præstantissima dona, quæ terræ ex se viscera gignere solent, largissimè contulit. Quamobrè nõ immeritò Tirolensis comitatus domini, Oenipontem oppidum inclytam sibi sedem delegerunt, quo fit, vt passim ædes viuo ex lapide constructas tanto artificio, decore ac sumptu ostentet, vt stuporè potius, quàm admirationem spectantibus cieant. Prætorium magna ex parte deauratum, ex iuxta, domus laminis argenteis contacta, magna admiratione spectantium videtur, à Maximiliano Cæsare ædificata. Qui plurimù huius oppidi venustate illectus, secundas, cum Maria, Ducis Mediolanensis filia, nuptias, splendidissimè toto mense ibidem celebrauit. Iam enim Sigismundus Archidux Austriae, Maximilianum hæredem suarum prouinciarum instituit. Priusquam enim Fridericus Imperator ex imperio, in quo quinq; annis semper cum octingentis equitibus oberrabat, dum Matthias Hungariæ Rex Austriam euastat ac populatur, Oenipontum rediret, Archidux Sigismundus, Alberto Bauarorum Duci filiam Friderici Kunigundim uxorem collocauerat, in scio & inuito patre, Comitatumque Tyrolis, cum adiacentibus superioris Austriae regionibus, promiserat, quod Fridericus ægerrimè tulit, coëgitque Sigismundum, vt omnia in publica diæta reuocaret, cum non liceat alicui Austriae Archiduci, vendere dominia sua, vel alienare alteri extraneo. ob id Sigismundus pietate motus in Maximilianum, cum videret hunc suis iniustum, sponte omnes suas terras (viuentè adhuc Friderico Imperatore, qui nullum ducatum durus pater filio dare voluit) illi donauit, reseruat sibi, vnde viuere posset, redditibus ac censibus. Sed vix biennio superuixit. Sigismundus enim post Fridericum, mortem obiit. Anno nostræ redemptionis M. CCCC. XC VII. relicta omni sua hæreditate Maximiliano Regi. Itaque curiam ex Principibus tunc habuit, qualem ætas nostra, neque vidit, neque videbit. Plurimum etiam Imperator Maximilianus Oenopontis, vicinisque in locis venationi indulgit, adeò, vt sæpius maximis obiectus periculis, dum in altissimis rupibus, capreas, quas alpinas, siue, rupicapras, nuncupant, sectaretur, de ipsius vita dubitatum sit. qua de re euidentissimù hoc tempore indicium in rupe inaccessa, secundo, ab Oeniponte lapide, iuxta oppidum Cyrill, apparet, constituto ibidem, æternæ memoriæ tanti periculi conseruandæ gratia, crucis signo. Quemadmodum Maximilianus ipse poetico, de diuersis suis periculis edito opere, gentili lingua conscripto, testatur, Cui *Zewerdanck*/ indidit nomen. Fingens, inuidiam, & curiositatem quasi personas quasdam comicas, quas ratione ac prudentia sua vitauerit, viceritque, & prostrauerit, vt olim Hercules, qui relicta voluptate, per saxa, per ignes laborem est consequutus.

Oenipons, siue Enipontus vulgo  
Inspruck, Tirolensis comitatus  
vrbs amplissima. M. D. LXXV.



Herringen

Weyrhof

S. Jakob

Rathhaus

St. Nikolaus


Spirall

Schloß Ambras

IN

FLV.





# NURNBERGA




**N**URNBERGA, vrbs tota Germania & Europa celeberrima, emporium Germaniæ amplissimū, magnificis operibus publicis & priuatis ornata, arcem habet regiam in colle vrbi imminente sitam vetustissimā, ex qua in urbem & extrā patet prospectus, à qua ciuitati nomē inditum putatur. Vetusti codices eam arcem castrum Noricum appellant, quod vrbs hucusque pro custodia habuit. Interluit urbem amnis Pegnitius cum multis pontibus lapideis, duas vrbs partes coniungentibus. Est autem in agro sterili & arenoso condita, atque ob eam rem industrioso gaudet populo. Omnes enim plebei homines sunt opifices ingeniosissimi aut plerunq; negotiatores prudentissimi, repertores & magistri subtilium operum, quæ hominibus non parum conducunt. Numeratur vrbs ipsa inter nouas, quum nulla in ea antiquitatis inueniantur vestigia, nec à veteribus mentio de ea fiat, nisi quòd arx ipsa tanquam vetustatis monumentum à multis commendatur. Constat enim Nurnbergam, aut castrum eius, tempore Caroli magni, in rerum natura fuisse. Siquidem habent historiæ, Carolum Tassiloni duci Bauarorum indixisse bellum & illum tripartito exercitu oppugnasse: vnus iuxta Nurnbergam & loca vicina sua firmavit castra, alius ad Danubium cōfedit, tertius verò, cui Pipinus Caroli filius præfuit, ad Tridentum defedit. Ferunt etiam nonnulli, hanc urbem sub initijs eius, quæ parua fuerūt, sub dominio fuisse nobilissimi comitis Francorum Alberti, qui per fraudem Hattonis episcopi Moguntien. captus, & à Lodouico Rom. rege obruncatus fuit, & tunc ciuitatem vel locum illum in ius imperij transiisse. Et postquam in ditionem imperij venit, summa fide, constantia & officio, Rom. coluit imperium, regibusque Romanis semper fidem seruauit. In discordia tamen Cæsarum grauia pertulit damna, præsertim cum Henricus III. & V. pater & filius inter se discordes essent. Tunc enim Noricum castrum fuit obsidione cinctum & expugnatum. Postea Conradus Sueuus Rom. rex urbem instaurauit circa annum Christi 1140. & insigne monasterium, & abbatiam ordinis diui Benedicti ad S. Egidium nuncupatum, in celebriori vrbs loco fundauit. Deinde temporibus Caroli quarti maiore ambitu & nouis mœnijs fuit aucta. Hodie verò munitissima est, altis scilicet mœnibus, antemurali, ingenti fossa, infinitis turribus & propugnaculis. Numerantur in hac vrbe 528. plateæ, & vici 116. putei aquarum, duodecim fontes ex truncis aquam euomētes: sex magnæ portæ, vndecim pontes lapidei, tredecim communia balnea: cingiturque ciuitas duplici muro, in quibus sunt 183. turres, præter fortalicia & propugnacula. Habet senatum & magistratum à plebe distinctum. Nam vetustiores ciues Rempub. administrant, & interim plebs suis rebus studet, de publicis minimè curiosa. Hercynia sylua olim occupauit fundum Nurnbergensis ciuitatis, sed temporum successu pro magna parte excisa fuit. Reliquiæ virēt semper hyeme & æstate. Pegnitius & Regnitius duo amnes paulo infra urbem concurrentes, vnum efficiunt fluuium, qui ad septentrionem lapsus infra Bambergam Mœno fluuio miscetur. Regnitius, quem alij vocant Rednitium, originem ducit à VVyssenburgo, quod oppidum est ad meridiem Nurnbergæ. De hoc amne historici sic scribunt: Moranti Carolo Magno apud Ratisponam propter Hunos, persuasum est fore, vt à Rheno in Danubium nauigari posset, si intra Radiātam (hic est Regnitius) & Altimoniam fluuios fossa duceretur, quæ esset capax nauium: quia horum fluuiorum alter Danubio, alter Rheno miscetur: confestim rex ad locum oportunum accelerat, ac magna hominum multitudine congregata, totum autumnus tempus in hoc consumpsit. Ducta est itaque fossa inter prædictos fluuios duūm millium passuū longitudine, trecentorum pedum latitudine, sed frustra: nam propter iuges pluuias & terram, quæ palustris est naturā, opus stare non potuit, sed quantum interdum egestum fuerat, tantum noctibus humo iterū relabente subsidebat. Ad hoc rumor increbuit, infideles irruisse intra limites Christianorum, quare Imperator coactus discedere, cœptum laborem deseruit. Aiunt prope VWyssenburgum adhuc apparere vestigium profundatæ fossæ. Anno Christi 1538. Nurnbergenses renouauerunt castrum suum, dilatauerūt & munierunt fortissimis propugnaculis, in quorum fundamenta posuerunt nummos quosdam magnos, aureos, argenteos & æneos, cum tali inscriptione signatos.

DEO OPT. MAX.

S. P. Q. N. muros arcis non satis firmos ad sustinendos hostiles impetus, & iusta spaciorem adiectione, & multis subinde egestis ruderibus à fundamētis, magna cum laude erexit ac nouos fecit, Imp. Carolo V. Cæs. P. F. semper Aug. rege Hispan. catholico, archiduceque Aust. &c. Et Ferdinan. fra. eius rege item Rom. Hung. & Bohem. Romanique Imp. successore. &c. Patribus verò P. Christophoro Tetzelio, Leonh. Tucherō, & Sebald. Pfintzingo. Anno M. D. XXXVIII. Men. Aug. Hæc omnia vnum nummi latus continet. Sebast. Munsterus.



M. I. M.




## MISENA



**M**ISENA, vulgò *Meissen*, Hermundurorum vrbs præstās (Hermunduros autem iuxta Albim habitasse, auctorum consensus est. Præterfluit Hermundurorum fines Albis, inquit Velleius, imò, in Hermonduris Albis oritur, vt scribit Tacitus. At constat ex eo Hercinij nemoris saltu, quæ hodie sylua Bohemica dicitur, Albim oriri. Itaque sub Bohemicam syluam ad Albim fluuium, olim Hermòduri habitârunt. Misena itaque Albim, magnum & inclytum Germaniæ fluuium, vicinitate nobilitat. Eum Strabo nunc Albim, nunc Album, nominat. Qui, vt Rithamerus perhibet, Multâ, flumen magnû, quod Pragensem præterlabitur vrbs, deinde Egram, ex monte Pinifero fluëtem, post, Salam & Ortellam absorbens, ciuitatem Hamburgensem alluit, ac demum in Oceanum Germanicum vasto euoluitur ore. Misena porrò, primùm Romano Imperio paruit, sub Henrico, eius nominis IIII. Augusto. cuius aliquanto tempore Gubernatores ac præfides in ea fuere, Bucco, atque Burchardus, Conradi item II. A. temporibus vicecurator quidam Hermannus, in hac vrbe fuisse, legitur. Huius autem regionis tractus, in quo Misena est sita, quemadmodum ex Ottonis I. A. literis perspici potest, Taleminici nomen habuit, quam Bohemi, Zirbiam nominant, vti Cosmas Bohemicae historiæ scriptor perhibet. VVendi verò Lomaciam nuncupant, Ditmaro Episcopo Mersburgensi in historia sua asserente, vbi & fluuiorum Meisæ, & Ianae, quorum nostro etiam tempore, integra appellatio est, meminit. Quemadmodum etiam nunc vetus retinet nomen vallis quædam, vulgò, *das Ringethal*, & clarum, vetustate, oppidulum, communiter *Lemmas*. Sunt, qui existimant, vti Pirckhamerus, & Appianus, Misenam eam esse vrbs, quæ Ptolomeo, Lupfurd. Quod quidem non omninò à vero alienum videtur. nam quondam hoc loci, publicum fuisse transitum, furtum, siue traiectum, vetusta quædam suburbij nomina, donotant. Quorum alterum: *Transitus superior, die Oberthor*: Alterum, *transitus inferior, die Nidertthor*, appellatur. Et ad duos inde lapides, vltra Albim ascèdendo, vicus est, *Rotschenbrode*, cognominatus, qui à transitu etiã appellationem sortitur. Broda siquidẽ VVendorum linguâ, furtum, siue transitum denotat: Lupf, verò, vetus est in Germania viri nomen, sicuti & *Rotsch*, quod nunc communius efferunt, Garze, quemadmodum in literis, & per antiquis transactionum instrumentis, videre est. Misena autem, vniuersæ huic regioni denominationem suppeditat. In qua Episcoporum primùm, deinde Margrauiorum aula fuit, vrbs ante annos. D. C. LXX. inhabitatium frequentia, culta. Meminit eius Saxonie chronicon, Anno post natiuitatem Christi D. CCC. LXXXVIII. Moguntinorum verò annales eam primùm ædificatam, & validis, ob loci oportunitatem, communitam præfidijs, perhibent ab Henrico A. Aucape cognominato, anno post optatũ Christi aduentũ D. CCCC. XXX. Imperij sui anno II. contra frequentes Vngarorum incursiones, qui multis, eo tempore, incommodis, afficiebant Germaniam. Eum verò succedentes Augusti, ibidem firma retinuerunt præfidia, contra VVendos, qui vltra flumen degebant, sicuti & deinde Antistites & Principes contra Bohemos. Mons, in cuius cacumine arx videtur esse imposita, librata planitie vndiq; cinctus, foueis, naturæ beneficio firmis, munitur. ab eo, ad S. Afræ montem vicinum, pons lapideus, arcuato opere mirabilis, protensus est. Vrbs ipsa situ partim montoso, partim est plano. Ex montibus duo, alter arcis, alter S. Martini, instar brachij ad Albim flumẽ sese extendunt, ipsamq; vrbs quasi amplecti videntur. Ad fluuium *Tubisch*, vulgò dictũ, mons *Altenburgũ* sese protendit, ab arce, quam ibi quondam extitisse perhibet, denominationem retinens, cuius iam nullæ supersunt ruinae, Naturæ etiam clementia, interamnus est Misena. nam quæ solis spectat exortum, Albi flumine alluitur; qua verò meridiem, *Tubischa*. Ad occasum, præcellus exhibet montes. Ad Septentrionem autem, riuulum *Misenam*, habet, qui ad *Schlospurgi* montis radices, in Albim se exonerat, vnde huic vrbi nomen, euenisse putatur, qui quidem, etsi exiguus, celeberrimi tamen nominis eum quondam fuisse, constat. Porrò, clarissimorum oppidorum vicinitas, magnarum nauium patiens flumen, consiti latissimis vineis montes, aeris denique puritas, hanc vrbs commendabilem reddit. Quinetiam minerarum, & metallorum sunt montes ditissimi, eò, quòd primo à Misena lapide, mons sit, *Scharpfenburgi*, us cognominatus, argento & plumbo fœcundus, & *Fribergum* versus, iuxta *Mocckerigs* pagum, altissimæ istæ fodinæ atque putei *Wonsigertthal*, vbi metallici, ante annos viginti, à labore destiterunt, solum metallicarum rerum vbertate, præstans fuisse demonstrat. Nec ita à Misena procul, ad solis occasum, ob aquarum inundationem, quæ puteos atque cuniculos obruerunt, fodinas à metallicis desertas, eaque loca nunc in agros, arborea, & vineta esse mutata, constat. Primarius vrbs mons, solem orientem respiciens, *Schlospurgum*, tanquam arcis mons, dictus, castris duobus, præcellenti structurâ, conspicuis, decoratur, quorum alterum Principis est, ab Alberto Saxonie Duce ædificatum, Alterum Episcopi aula, à Ioanne, eius nominis V. inchoatum quidem magnificè, sed extrema artificum manu nondum perfectum. iuxta est in arcium duarum medio, Ecclesia cathedralis, ad occasum sacram ostentans ædiculam, principum tumbis & sepulturis percelebrem. Mons, ad solis vergens occasum, S. Afræ cœnobium sustinet, à Reinardo Episcopo institutum, quod nunc Saxonie Principum iussu, in scholam est conuersum. Iuxta Misenam vrbs, vtraque Albis ripa, ligneo ponte, tanto artificio & magnitudine coniungitur, vt vniuersum Romanum Imperium cã præstantiã pontem, ex ligno præsertim constructum, non putetur habere.



MISENA HERMVN  
DVRORVM VRBS.



1 S. Martini	in qua panis vendi	17 Domus frumentaria
2 Officina later.	10 Pons ligneus	18 Turris subruina insignis
3 Alatenburgum	11 Vallum	19 Domus frumentaria
4 S. Nicolai	12 Schola Principis	20 Sepultura Duc. Sax.
5 B. Virginis	13 S. Africi	21 Arce Ducum Saxonum
6 Forum	14 Pons lapideus	22 Vivarium frax.
7 Platea Albis	15 Donus Episcopi	23 Porta ad Albim
8 Curia. 9. Domus	16 S. Jacobi	24 Hospitalis.

GORLLIVM

**B** ... **P** ... **R** ... **S** ...

... **A** ... **B** ... **C** ... **D** ... **E** ... **F** ... **G** ... **H** ... **I** ... **K** ... **L** ... **M** ... **N** ... **O** ... **P** ... **Q** ... **R** ... **S** ... **T** ... **V** ... **X** ... **Z** ...

... **A** ... **B** ... **C** ... **D** ... **E** ... **F** ... **G** ... **H** ... **I** ... **K** ... **L** ... **M** ... **N** ... **O** ... **P** ... **Q** ... **R** ... **S** ... **T** ... **V** ... **X** ... **Z** ...

... **A** ... **B** ... **C** ... **D** ... **E** ... **F** ... **G** ... **H** ... **I** ... **K** ... **L** ... **M** ... **N** ... **O** ... **P** ... **Q** ... **R** ... **S** ... **T** ... **V** ... **X** ... **Z** ...

... **A** ... **B** ... **C** ... **D** ... **E** ... **F** ... **G** ... **H** ... **I** ... **K** ... **L** ... **M** ... **N** ... **O** ... **P** ... **Q** ... **R** ... **S** ... **T** ... **V** ... **X** ... **Z** ...

# G O R L I T I V M.



**B**OIEMIA, Germaniæ Regio, fines ab ortu solis, ad Marcomannos & Quados, ab occasu ad Noricos protendit. Meridionalem eius plagam Pannonia superior, nunc Austria dicta, occupat: sicut Saxonia & Misnia, Septentrionalem. Vniuersam Hircynia sylua perpetuo ambitu cingit, clauditq; circum vndique ad Amphitheatri faciem. Vnde æqua ei ferè longitudo atque latitudo, atque vtraque paulo amplius ducentis millibus passuum extenditur. Carolus Boiemæ Rex, qui deinde imperio etiam orbis præfuit, in regiones illam duodecim descripsit, quarum vni duntaxat vocabulum à flumine Vultrauia, quod Pragā inter-

fuit, indidit: reliquas vndecim ab oppidis cognominauit, sed nō nulla eorum adeò aspera prolatu habentur, vt nisi Boiemus sit, aut sermonis Boiemii gnarus, ægrè illa alio ore pronunciauerit. Inter oppida Boiemæ insigniora numerantur Marcomanniam versus, quæ hodie Morauia appellatur, Mutha, Chrudima, Hradecium Regina, Pardubicium Lytomisium. Inde à limite Noricorum, quos Bauaros cognominant, Glatouia, Domazlicium, Misa, Tachouia eminent. Ab eo verò latere, quod ad Austriam spectat, locum primum obtinet Buduicium, Crumlouia, Trebonia, Hradecium Henrici, sicut à Misnia, Pons, Cadana, Chomutouia, Austria. Nam Quadis, nunc Slesitis, Hiaromirium, Glacium, Curia, & quædam alia oppida proximant. Introrsus porò celebrantur, Cuthna, Colonia, Pelsina, Verona, Zatecium, Launa, Lana, Lytomerium, Taborium. Cæterum omnibus magnificentiam antestat Praga. Etsi porro Gorletium oppidum, quod Boiemæ limitibus non continetur, descripturi simus, placuit tamen compendiosam eius regionis enarrationem, ex Ioannis Dubrauij historia inferere, vt perspicuè magis lectores cognoscant, quam ipsius Boiemæ regni vrbes censendæ sint, & sicuti in eo regno quædam immediatè regijs moderantur habenis, aliæ verò eius regni proceribus parent: Ita vicinis Boiemæ regionibus, aliquas etiam inueniri vrbes, quæ licet eius regni oppidis non annumerentur, Boiemicæ tamen coronæ obtemperant. Harum ex numero Gorletium est, nobilissimum superioris Lusatiæ oppidū, ædificiorū nitore atq; frequentia clarum, murorū fossarumq; ambitu, situ montoso, & Nissæ fluminis propinquitate firmum, ex quo molitores, ceruisarij, tinctoris, alijque eius opp. ciues, infinitas commoditates percipiunt. Eius transitus ponte ligneo, tecto, per commodè clauso, opportunè coniungitur. Præ cæteris autem tam publicis, quam priuatis ædificijs, magno sumptu perfectis, Ecclesia vni Deo, nomine S. Petri dicata, & ciuica domus, præclara turri conspicua, eminet. Oppidum ipsum prima fundatione constructum, Anno post Christum natum M. C. XXXI. eius annales perhibent. Funesto verò deinde incendio, Anno partæ salutis M. CCC. XXXI. immitis Vulcani feritate consumptum, vt ne vnica quidem domus remanserit. Post eam autem ruinam, anno ferè octauo, venustè reparatum, hoc est, ab orbe redempto, M. CCC. XXXX. Boiemæ regno subditur, cuius etiam hoc tempore dominium fideliter agnoscit. Quonam autem modo, ad Boiemæ coronam peruenerit, Ioannes Dubrauius lib. XXI. de rebus Boiemicis refert. Graui siquidem orto dissidio inter Ioannem Boiemæ regem, & Ludouicum Augustum, dum incerti belli euentus, multorum oppidorum tum expugnatione, tum deditioe Regi prosperè foeliciterque fauerent, Cæsar Bauarus excandescens, Regem vt perduellem accusat, questus apud Germaniæ Principes, quòd ille sibi imperium in Italia vsurparet, voluitque, vt hostis palam declararetur. Cuius defensionem Balduinus, Treuerensis Archiepiscopus, Regis patruus, in se recipiens, magna tunc inter Principes autoritate, quod Spirensis præterea Archiepiscopus ageret, & Moguntini Archiantistitis vicem impleret, impedit, quo minus declararetur rebellis. Alia itaque via Imperator regem adoritur, Regno suo vicinos, Marchionem Misniæ, & Ducem Austriæ, contra Ioannem instigat. Itaq; Marchio Misniæ, filiam regi remittit, ducta Cæsaris filia. Reuersus deinde ex Italia Boiemæ Rex, tranquillis ad Cæsarem transmissis litteris, eius Maiestatem demulcet. Responsoque non expectato, quantum militum in summa Fisci inanitate cogere potest, aduersus Fridericum Misnensem, causa vlciscendæ ignominia, cogit, improuisusque ad oppidum Gorletium, quo tunc Fridericus potiebatur, adest, primoque illud aduentu capit, non ausa multitudine incondita & inermi diu repugnare: capit mox & arcem firmiter munitam, corrupto præfecto arcis, denique vno tumultuario prælio cum Friderico feliciter facto, quicquid

per oppignorationem alienatum in Lusatia superiore fuit, id totum recuperauit, filiamque Iudith sibi redditam, alteri genero, multis parasangis, dignitate, & opibus Friderici cum illum superantem, depectus est, nempe, Ioanni, Regis Philippo filio, qui postea in regno Gallia patri successit.



GORLITZ



GORLITIVM, VRBS SVPERIORIS LVSATIAE, AD VIVVM DELINEATA, ANNO SALVTIS, CIO. IO. LXXV.






### G E D A N V M.



EDANVM, siue vt Krantzius varijs, in sua VVandalia, locis, Gdanum, vulgò Dantiscum, florentissima, in Prussia vrbs est, ex tribus oppidis coagmentata. portu, naualibus & horreis nobilissima, copia & varietate mercimoniorum partim maritimorum, ex toto occidentis, & Septentrione, partim terrestrium & fluuialium, ex diuersis mundi partibus, & ex maxima Vistulæ præterlabentis oportunitate, abundans, munitione firma, ciuium industria cum humanitate & frugalitate coniuncta, magistratumq; diligentia, & auctoritate etiam firmior. De cuius appellatione & origine nominis, varia est doctiorum concertatio, maximè, cum pauca eius rei in publica scriptorum monumenta, relata inueniantur. Quibusdam composita dictione, à Getis & Danis, Gedanum deductum esse placet, quod communi horum opera, primam condita fuerit, licet Germani, Danorum tantum, in ea vrbe nominanda, mentionem faciant, quod nomen originis ignari, in Dantiscum transtulerunt. Becanus, curiosus antiquarum appellationum inuestigator, inter Venetos Adriaticos, & Venedos Prussia, dicitur statuent, cum primum pluribus exemplis, & ipsa nominis ratione ostendisset, Venetos, veteribus stagna vel paludes fuisse, proindeq; eos Venetos dici, qui regiones paludosas, stagnorumq; plenas habitant, quod Venetia Adriatica, & Venetia ad dextrum Vistulæ latus, compluribus lacubus, sinubus, & paludibus insignis, manifestè conuincit, Venedorum inquit originem, vnde & Gedani apparebit diductio. Danos (inquit in Venetis suis & Hyperboreis) Prussia olim inhabitasse tum indicauit, cum docui, Suedaniam à Sueuis & Danis vltra Sarmaticum mare, conditam fuisse. Quemadmodum igitur Sueden, nobis vocatur is, qui Suedaniam habitat, ita Veneden, Danus is diceretur, qui ad stagna & paludes commoratur. Gregi itaq; ex Veneden, Venedas fecere, ac inde mare Venedicum, & montes Venedicos appellarunt. Quamobrem inter Venetos & Venedos, hoc est discriminis, quod Veneti generatim omnes, ad lacus & paludes habitantes: Venedi verò non omnes, sed Dani duntaxat, eiusmodi loca incolentes, composita voce, perinde atq; Suedani nuncupentur. Quamobrem Dani, eiusdem cum Alanis & originis, & linguæ, eam regionem, quam nunc Borussia quidam, vulgò Prussia vocat, incoluerunt: quorum monumentum æternum in sinu illo mansit, in quem Vistulæ sinistrum ostium exoneratur, quem Danorum sinum, quondam vocarunt. VVic, enim loca illa, suo in mari, siue in terra designat; ad quæ quis periculis vel maris, vel terræ, cedere consuevit. In mari igitur reducti in portum sinus, hac voce nominantur, & in ciuitatibus singulæ portiones, in quibus ordinariæ Vigiliæ habentur. In tumultu enim, ad vicos suos, cuique haud aliter, quam in procellis, ad sinus reductos, fugiendum. Olim enim, cum Germani militari consuetudine viuerent, loca multitudini, & stationes per campos diuidebantur, ad quæ, si quis hostis ingruisset, cuique cedendum fuit, vt quisq; hanc, vel illam stationem sortitus esset. Nam VVic, idem est, quod cedita, vt voce hac monuisse videantur, non temerè hostem soli cuiquam expectandum, sed mox in periculis ad socios confugiendum, quò ab illis & auxiliium, & tesseram militarem accipiant. Quia verò hæc in castris, per campos viuendi ratio, apud maiores fuit obseruata, factum est, vt, cum militarem vitam agunt, in campis se esse Germani dicant, quasi tum ad præscum, in campis viuendi ritum, redissent. In his cuiq; ad tentoria ducis sui, stationemq; ordinatam, si quid ingruat, est cedendū: vt quod ipsi opus facto est, id à duce suo discat. Hæc, VVic, ad ciuitates transijt, eas per partes, & vicinias distinguens. Latini vetus Cimbricum nomen retinuerunt, eiusmodi ciuitatis partem, Vicum vocantes; quo in significato, apud omnes Germanos est in vsu, quamuis ad sinum, in quo secreta nauibus statio est, significandum, Austris ad Balticam mare sic usurpatum. Danorum igitur, siue vicus, siue sinus, Danus vic fecit, qua voce nobilissimum Venetorum oppidum nuncupatur, quam Latinizantes in Dantiscum corruerunt. Alij Gedanum, vt dixi, nominarunt: à Getis & Danis, præfata eius, ante Sclauorum irruptionem, conditoribus, sumpta appellatione. Vistula fluuus, in Germanorum limite vltimus, vti cursu suo Gedanum illustrat, ita tantæ vrbs vicinitas, summo ei decori est, & ornamento. Ac is quidem in Silesia Cassinensi, è Sarmaticis montibus exoriens, versus septentrionem primum, mox versus orientem aliquid per, deinde à Sandomiria, versus Septentrionem rursus, per minorem Poloniam decurrit. Hinc ad occasum æstiuum flexa, Masouiam, & Ciouiam partim alluit, partim interluit, Prussiaq; Culmensis alluit. Ad extremum, vbi Toreuam præterijt, læuæq; ripa Pomeraniam attingit, in ortum reflexa parumper, deinceps Prussia diuidens, versus septentrionem partim in mare, infra Gedanum, partim in Habrum lacum, quinque ostijs sese exonerat. Fluens autem amplius centum milliarium Polonicorum spatio Vistula, Solam, Pronsam, Scanam, Donaiecium, Vislocam, Ropanciam, Nidam, Sauum, Vaprum, Pileiam, receptis Dreucia, & Velboria, Bsuram, Naruam cum Bugo, Vernanciam, Beulam, Offam, & Motlauriam fluuios, excipit: & Oshencium, Craconiam, Cazi miriam, Sandomiriam, Varfauiam, Plosenu, Vladislauriam, Toruniam, Culmam, Grudentum, Guisum, Gulum, siue Meuam, Nouum Marieburgum, Derfauiam, & Gedanum vrbes & oppida, non ignobilia, præterfuit; arces item Liponeciam, Nepolice, Corcium, Zaichostum, Cernenfenum, Zacrocium, Vyssogradum, Sochacionicum, Dobrinum, Dobrovincos, Kazrauzum, Slazo-vviam, Vyboniam, Nichsouiam, Starigradum, siue Altzaufen, & Sutre, & ad hærentes eis vicos, alluit. Vistula, porrò, fluuius, is est, qui veterum historijs, ac poetarum fabellis, Eridani nomine, celebratur, cuius Apollonius in quarto Argonauticò, duplex ostium facit, alterum in Oceanum, alterum in Ionium sinum effundens: cui interpres quoque accedit, qui error inde natus videtur, quod in vetustis poetarum monumentis inuenisset, Eridanum in Oceanum Septentrionalem euolui, & apud posteros didicisset, Eridanum in Adriam, multis ostijs exire, quos conciliare volens, ex vno flumine, duo brachia, in diuersas orbis partes, diduxit. Herodotus rectius è vetustioribus didicit, Eridanum in Oceanum Boreum deuolui, atq; inde electrum adferri. Quis autem, & vbi gentium, terrarumve hic fuerit, electrum nobis apertissimo, & necessario indicio demonstrat, quod in Europa vno duntaxat loco, inueniri, fatentur omnes. Ex quibus manifestè apparet, Vistulam olim Eridanum nominatum fuisse, non Græco quidem de fonte, sed de eius gentis vernaculo sermone, per quam longo tractu, & ingentibus gyris in Boreum mare sese exonerat. Est enim dominus & summum decus, omnium eorum annuum, qui Boream versus per Sarmatiam feruntur, multos maximosq; amnes a lueo suo, velut dominus, suscipiens. Nec mirum est, ab hoc Eridano, ad alterum, qui in Adriam fluit, fabulam à posterioribus, quibus Sarmatia minus, quam præfata nota esset, fuisse translata: propterea, quòd & Vistula, & Padus in sinum Veneticum exonerentur. Cum enim alium sinum Veneticum ignorarent, quam eum, qui ad intimum, Adriatici maris partem inueniretur, crediderunt, quæcumque de Electro & Eridano dicerentur, ad Padum esse referenda. Vera igitur historia fuit, electrum ad Eridanum inueniri, non illum quidem Gallicum, sed Sarmaticum siue Germanicum, ad cuius ostia hætenus effoditur electrum, & apud Gedanum, ac Montem Regium in mari Sarmatico, etiam colligitur. Alij Succinum, Ambram exteri vocant, quod fluctibus impulsus ad littora, homines nudi obuiam euntes, paruis retibus extrahunt, Molle primum, sed mox in aere durefcit, tornoq; ac scalpro variè efformatur. est autem fuluum, ac candidum, candido maius pretium. Ferunt, si incendatur, eius odore venenata necari. visuntur in eo nonnunquam formicæ, culices, & alia insecta, non arte, sed vel opificio naturæ, vel fortuitis casibus inclusa; etiam in continentis litus tempestatibus eijci tradunt. Cornelius Tacitus in sua Germania, Succinum, inquit, quod ipsi Glesum vocant, inter vada, atque in ipso litore legitur, nec quæ natura, quæ ratio gignit, vt barbaris, quæ situm, compertumue diu: quin etiam, inter cætera electamenta maris iacebat: donec luxuria nostra dedit noien: ipsi in nullo vsu: rude legitur, informe perfertur, præciumque mirantes accipiunt. Succum tamen arboris esse intelligas, quia terrena quædam, & etiam volucra animalia, plerumque interlucent, quæ implicata humori, mox durefcente materia, clauduntur. veteres de electro & Phaetonte, commenti sunt fabulam, dicentes, eum Solis filium fuisse, & petiuisse à patre, vt vno die sideris curram gubernaret, quo impetrato, equos, aurigam contemnes, deuios aberrasse, ac caelum incendisse, ea parte flammaram reliquijs adhuc extantibus, qua Galaxiam videmus. Quare louem indignatum, fulmine contra Phaetontem scæuiffisse, atque hunc scæum in Padum, qui Eridanus olim dictus fuerit, incidisse. Deinde mortem eius sorores defleuisse, ac in populos fuisse mutatas. è quarum lacrymis, quotannis fiat electrum. Sed hæc de Gedani appellatione, de Eridano, nunc Vistula flumine, de electro, fortasse copiosius: superest, vt ad urbem ipsam, à qua, animi gratia, longius digressi sumus, reuertamur. Cuius, si quis magnificentiam planè regiam, propugnacula, vallum, ac moenia, si priuatas ciuium, publicas etiam Reip. ædes, in quibus incredibilis impensarum sumptus, cum accuratissima artificio in industria, nescio quo fastu, decertare conspiceret; si capacitatem portus, & incredibilem in eo maximarum nauium frequentiam; si ciuilem politiæ ordinem, ingentes publici ærarij opes: si denique tormentarij pulueris molam, septem naturæ stupendis annumerandam, videret, proptio numine diuum, felicibusque immortalis Dei auspicijs, eam urbem, cuius tam exilia, & tenuia fuerunt principia, recenti hominum memoria, in tam florentem excreuisse Rempub. fateatur necesse est. Quam Krantzius in sua VVandalia, lib. 10. recentem, atque hesternam nominat, & ex Turreæ, vrbs, iuxta Vistulam flumen, olim florentis interitu, ad eam celebritatem peruenisse, tradit, eò, quòd omnis negotiatio ad mare posita in Gdanum urbem conflueret. Mirum, idem porrò Krantzius, inquit, tam breui coaluisse urbem in id, quod tum erat, & nunc magis apparet, roboris ac fortitudinis. Viuit hodie, qui audisse testatur, auum suum retulisse, quòd ex patre acceperit, venisse se Gdanum, sui tum oppidi nuntium, & oratorem, concilium adijse, eius tum loci publicum: id erat coactum in priuata domo, quæ vnica tum ex lapidibus lateritia stabat ad forum. nam cæteræ annis palustribus, & limo horruerunt: rusticam antiquitatem testantes. Ingressum, vidisse patres conscriptos, in mensa, quæ fuit in conspectu, cultellis, ad componendum symbolum, per plana demissis, ad metam ludere. Eam tum fuisse grauitatem publici concilij. Ab illis exordijs, intra vnum sæculum in id roboris urbem coaluisse, non sine causa miramur, vt electis dominis suis fratribus Teutonicis, regem Poloniae, cui etiam nunc parent, inuocauerint. Hucusque Krantzius. Cæterum, nunc talis huius vrbs splendor est, & elegantia, vt nullam in toto vniuerso nationem extare putem, ad quam non eius fama, cum maximo celebritatis elogio, deueniret. Neq; peregrinū vnquā in ea aliquem fuisse, adiuerim, qui non ob situs tantum, & edificiorumque pulchritudinem, sed magis ob reuerendam Magistratus auctoritatem, & heroicis virtutibus comptos ciuium mores, peculiari quadam humanitate præditos, vehementer eam commendaret. Quanta magnificentia ex Amplissimo Senatus ordine Patres ad Reges, ad Principes & ciuitates, legationes ob-eunt? Non Reipub. alicuius oratorem aut nuntium, sed principem, regio comitatu stipatum esse dixeris. Quanta ciuium comitas? Quam benigna, urbana, atque excel-lens actionum iuuantia? quam magnificus in vestitu cultuque corporis splendor atque mundities? in publicis, priuatisque congressibus, quanta grauitas, in deliberando quanta prudentia, in sermone, quanta facundia? Adeo quidem, vt quemadmodum Atheniensibus peculiaris quædam sermonis lenitas, vocisq; attribuebatur suauitas, ita, vt Attica eloquentia, trito vetustate proverbio, locum dederit. Ita Gdani ciues, & incolæ, non agresti, rustica & aspera, sed mollissima iucundissimaque pronunciandi ratione vtuntur, & elegantissimè Germanicum idioma, etiam politissimum, exprimunt. Quod si Plato eo se nomine foelicem putauit, quia Athenis, vrbs totius Græciæ florentissima, & Musarum, humanitatisque domicilio, natus sit & educatus: quis non & eorum foelicitatem augeri putauerit, qui in hac vrbe, prima spirandi principia hauserunt, eum vnanimi omnium consensu, huic vni, in tota Ostlandia, vrbi, ea sola laus detur, vt, si quis insigni humanitate, morumque ciuilitate præditus sit, eum omnino, aut hic natus, aut certe educatum, earum etiam nationum homines conijcere soleant, quibus cum Ostromarini viuunt, cum cæterorum oppidorum plerique, vbi primum natiuum deserunt solum, & vel studiorum, vel mercimoniorum gratia, in Belgium, Londinum in Anglia, Oliosponem in Lusitania, aut in Galliam se conferunt (pace ipsorum, id, quòd verum est, dixerò) satis rudes & agrestes esse soleant, in quibus informandis, aliorum cura & diligentia elaborat, aut ipsi ad aliorum se mores componant, necesse est.



# Dantziat



GEDANVM, Krantio, in sua Wandalia  
 Gdanum; vulgo, sed corrupte, Dantiscum,  
 Germanice, Dantsig, opulentissima Prus-  
 siae vrbs, ac nobile Mercatorum Emporium.  
 Cuius topographica icone, Clarissimus vir, ac singu-  
 laris Doctoz, viruz, Micoenas, D. Adamus Wach-  
 dorff, Hanseatici Scondinesis Emporij Secretarij pru-  
 dens, atq, fidelis, digni amplissima hac sua prua cuius,  
 suis sumptib, depicta, plurimum Splendoris ac orna-  
 menti, operi nos tro perbenigne contulit.



MOSCOWIA

2020 V.A. this is the first...



Main body of text, consisting of several paragraphs of handwritten or printed text, which is extremely faded and illegible. The text appears to be organized into a list or series of entries.



A faint line of text or a signature located at the bottom center of the page, below the large impression.




# MOSCOVIA.



**M**OSCOVIA, vrbs Russiae, caput & Metropolis, ipsaque Prouincia, & qui hanc praterlabitur fluuius, vnum idemque nomen habent, vernaculaque gentis lingua, Mosquua, appellantur. Quodnam autem caeteris nomen praebuerit, incertum. Verisimile tamen est, ea a fluuio nomen accepisse. Nam etsi vrbs ipsa olim caput gentis non fuerit, Moscorum tamen nomen veteribus non ignotum fuisse constat. Porro Mosquua fluuius in Tvuerensi prouincia, LXX. fere supra Mosaisko vverst, (est aut vverst Italicum fere miliare) haud procul a loco, qui Oleschno dicitur, fontes suos habet, indeque emenso LXXX. vverst spacio, ad Moscouiam ciuitatem decurrit, receptisque in se aliquot fluuijs, Orientem versus, Occam fluuium illabitur. Caeterum, sex supra Mosaisko miliaribus, primum nauigabilis esse incipit, quo loco materia ad fabricandas domos, aliosque vsus ratibus imposita, Moscouiam defertur.

Infra autem ciuitatem merces, aliaque, quae ab externis hominibus importantur, nauibus aduehuntur. Tarda autem in fluuio atque difficilis, propter gyros, seu maendros, quibus multis incuruatur, nauigatio est: praesertim inter Moscouiam & Columnam ciuitatem, tribus ab eius ostijs passuum millibus in littore sitam: vbi CCLXX. vverst spacio, flexionibus multis, longisque, nauigantium cursum impedit, atque remoratur. Fluuius non admodum piscosus, ut qui praeter viles & vulgares, nullos pisces habeat. Vrbs ipsa Moscouia lignea est, satisque ampla: quae procul etiam amplior, quam re ipsa sit, apparet, & trans fluuium villa, vbi non multis retro actis annis, Basilius Princeps satellitibus suis nouam, Nali ciuitatem (quod eorum lingua, Infunde, sonat:) exaedificauit, propterea, quod cum alijs Ruthenis medonem & ceruisiam bibere, exceptis paucis diebus in anno, prohiberetur sit, ijs solis bibendi potestas a Principe sit permissa: atque ob eam rem, ne caeteri eorum conuiuio corrumperentur, ab reliquorum consuetudine sunt seiuncti, omnem siquidem potum inebriantem terrae Princeps capitis poena prohibuit, bis, aut ter tamen in anno conceditur. Haud procul ab vrbe sunt aliquot monasteria, quae vel sola procul spectantibus, vna quaedam ciuitas esse videntur. Porro, vasta ciuitatis magnitudo facit, ut nullo certo termino contineatur, nec muro, fossa, propugnaculisue commodè sit munita. Plateae tamen quibusdam in locis, trabibus per transfuersum ductis, obstruuntur, adhibitisque custodibus ad primam noctis faciem ita obfirmantur, ut nemini noctu aditus post statam horam illac pateat: postquam, qui deprehensi fortè fuerint a custodibus, aut verberantur, spolianturque, aut in carcerem conijciuntur, nisi fortè noti, honestique viri fuerint. Hi enim a custodibus ad sua deduci solent. Atque tales custodiae, qua liber in ciuitatem pater aditus, locari solent. Nam reliquam vrbs partem Mosqua alluit, in quem sub ipsa vrbe, Iaufa fluuius illabitur, qui ob altas ripas raro vadari potest. In hoc molendina complura, in publicum ciuitatis vsu constructa sunt, hisque fluuijs ciuitas non nihil munita esse videtur, quae praeter paucas lapideas aedes, tepla & monasteria, prorsus lignea est, domusque non intus, sed foris gradus, quibus in superiora cubicula conscenditur, in plateis habet. Aedium in ea vrbe numerum vix credibilem referunt, ex Principis iussu conscriptae numerum 4,300. superarunt. Ciuitas haec tam lata ac spaciofa, admodum lutosa est, quamobrem in vicis ac plateis, alijsque celebrioribus locis, pontes passim extructi sunt. Est in ea castrum ex lateribus coctis aedificatum, quod ab vna parte Mosquua, ab altera Neglima, flumine alluitur. Neglima autem ex paludibus quibusdam manat, qui ante ciuitatem circa superiorem castrum partem ita obstruitur, ut in stagni formam exeat, indeque decurrens, fossas castrum replet, in quibus sunt molendina, tandemque sub ipso castrum, Mosquua fluuio coniungitur. Castrum autem tanta magnitudine est, ut praeter amplissimas ac magnifice extructas, ex lapide Principis aedes, Metropolitanus Episcopus, item Principis fratres, Proceres, alijque, quamplurimi, spaciosas in eo aedes ligneas habeant. Ecclesiae in eo tam multae, ut amplitudine sua, ciuitatis propemodum formam referre videantur. Sedecim etenim in eo inueniuntur, quarum tres S. Mariae, S. Michaëlis & S. Nicolai, muratae, caeterae omnes ligneae. Tres quoque in eo amplissimae curiae, in quibus nobiles aulici morantur: pallatium, in quo dux est, Italico modo constructum, sed non amplum. Hoc castrum roboribus tantum initio circundabatur, atque ad Magni Ducis Ioannis, Danielis filij, tempora vsque, paruū ac ignobile erat. is enim Petri Metropolitanus sua suu, primus sedem imperij eò transtulit. Eius castrum propugnacula, basilica, cum Principis pallatio ex latere ab hominibus Italis, quos propositis magnis praemijs, Princeps ex Italia euocauerat, Italico more extructa sunt. Regionis caelum adeo salubre est, ut ibi ultra Tanais fontes, praesertim in Septentrionem, ac etiam magna ex parte Orientem versus, memoria hominum nulla vnquam pestis saeuierit. Habent tamen interdum intestinorum, & capitis morbum quendam, pesti haud dissimilem, quem ipsi calorem appellant. eo qui corripiuntur, paucis diebus pereunt. Ager ubique arenosus, qui mediocri siccitatis aut humiditatis excessu, segetes enecat. Accedit ad haec, immoderata, asperaque, nimis aëris intemperies, qua, hyemis rigore solis calorem superante, fata quandoque ad maturitatem non perueniunt. Etenim tam intensa ibi quandoque, sunt frigora, ut quemadmodum aestatis tempore apud nos aestu nimio, sic ibi frigore immenso terra dehiscat. aqua etiam in aëre effusa, sputumque ex ore proiectum, antequam terram contingant, congelentur. Anno M. D. XXVI. arbores rigore hyemis prorsus perierunt, quae eo anno tam dura fuit, ut complures veredarij (quos ipsi Gonecz vocant) in vehiculis gelu concreti, reperti sint. Fuerunt, qui tum pecora funibus alligata, Moscouiam, ex proximis pagis ducerent, videlicet frigoris oppressi, vna cum pecoribus perierunt. Praeterea, multi circulatores, qui cum vrbs ad choreas edoctis, in illis regionibus vagari solent, tunc mortui in vijs reperti sunt. Quin & vrbs ipsa, fame eos stimulante, relictis syluis, passim per vicinas villas discurrebant, inque domos irruebant, quorum vim atque conspectum, cum rustica turba fugeret, frigore foris miserè perijt. Atque tanto frigori, aestus quoque nimius quandoque respondet, ut anno sequenti, immoderato solis ardore omnia fere fata exusta fuerint, tantaque annonae caritas eam siccitatem consecuta est, ut quod tribus antea dengis emebatur, id 20. aut 30. post venderetur. plurimi pagi & syluae, frumenta quoque, nimio aestu incensa, conspiciantur. Quorum fumus ita regionem oppleuerat, ut prodeuntium hominum oculi grauitè fumo laederentur, & absque fumo caligo quaedam oboriebatur, quae multos obcauerat. Haec & plura alia, lectu iucunda, in totius imperij Moscici chorographia D. Sigismundi Liberi Baronis in Herberstein, Nexberg, & Guettenhag, diligens & studiosus lector inueniet.

MOSCAVW



Bisons, von den Polen ein Suber, von den Teutschen ein Bisont, oder Damthier, und von den Vuersstendigen ein Auwoe gehalten

Urus, von den Polen ein Uur, Von den Teutschen ein Auwoe, auch hiß her von den Vuersstendigen ein Bisont genemmet.


Der Moscoviten feldzug und Rossenjung



MOSCOVIA, Urbis. regionis eiusde  
 nominis metropolitana, duplo maior, quã  
 Praga Boicnie, lignea adificia habet, mul-  
 tas plateas, sed dispersas, latissimi campi  
 interiacent. Mosca annis, ipsam irrigat.

WVW

GRADIA



HANC METROPOLIM HANC CIVITATEM  
 HANC CIVITATEM HANC METROPOLIM  
 HANC CIVITATEM HANC METROPOLIM  
 HANC CIVITATEM HANC METROPOLIM  
 HANC CIVITATEM HANC METROPOLIM

## G R O D N A



**LITAVIA**, latè patens, minusque culta regio, Polonis, ad orientem connexa, palustris fer-  
 mè omnis, & nemorosa est, cuius caput est Vilna, Episcopalis ciuitas, tantæ magnitudinis,  
 quantæ Cracouia cum suburbijs omnibus. Proximæ deinde dignitatis est G R O D N A op-  
 pidum, ad Cronon flumen, nunc Nieme dictum, partim in monte, partim in plano, pro regio-  
 nis istius consuetudine constructum. In quo perpauca sunt domus contigua, pauca lateritiæ,  
 sed ex materia rudi structura compositæ: nec muro circumdatum est, nec propugnaculis, por-  
 tis, aut turribus firmum. Arcem habet, & domum regiam, editiore in monte sitam, tutam Regi Po-  
 loniæ sedem præbens. Tria in eo murata conspiciuntur templa, nam reliqua omnia lignea sunt, quorum alterum  
 Polonis, duo Rutenis sunt assignata, in quibus peculiari ritu sua sacra perficiunt. Duo etiam Ruteni, alterum li-  
 gneum, formam rotundam, alterum lateritium in suburbijs habent. Campanaria, non ipsis templis, sed ante Ecclesiarum  
 ingressum, ut plurimum videtur, ædificium nimirum ligneum, axibus & palis innixum, atque fistucis impactum,  
 transuersisque trabibus colligatum atque compositum, lapidum mole superiniecta, vnde turris deinde confur-  
 git, campanam, qua ad Ecclesiastica exercitia conuocantur, in summitate ferens. Eiuscemodi etiam columnæ, li-  
 gneum pontem sustentant, quo vtraque Nieme fluminis ripa, coniungitur. Anno salutis M. D. L X V I I. Serenif-  
 simus D. Sigismundus Augustus Poloniæ Rex, Magnus Lituaniæ Dux, Russiæ, totius Prussiæ, Massouiæ, Sarmo-  
 gitæque dominus & hæres, comitia in hoc oppido habuit, quo Magni Moscouiæ Ducis Legati, mille ducenti  
 viri, superbissimo vestium apparatu venuste ornati, & inestimabilis pretij onusti muneribus aduenerunt, qui-  
 bus peculiaris, ruri, iuxta oppidum, locus, limitibus septus, assignatus est, in quo ipsi tentoria, & domicilia castræ-  
 sia erexerunt, quem ipsis, sine Polono comite egredi, non est concessa facultas. Eò etiam solenni pompa, incre-  
 dibili fastu, Turcarum, Tartarorum, & Valachiæ oratores conuenere, qui diuersis in locis, à Poloniæ Regis  
 proceribus, sub patenti cælo, sunt excepti. Mirabile dictum, quantis falsorum deorum superstitionibus oppidani,  
 ac tota passim Lituania contaminata fuerit, antequam Christo fidem nomenque dedit. Refert enim Hierony-  
 mus Pragensis, qui ab Vladislao Poloniæ rege in Lituaniam missus, ut religionis christianæ Pomeria propaga-  
 ret, quod primi, quos adiit ex Lituanis, serpentes colebant: patres familias suum quisque in angulo serpentem ha-  
 buit, cui cibum dedit, & sacrificium fecit in fœno iacenti. hos Hieronymus iussit omnes interfici, & in foro ad-  
 ductos, publicè cremari. inter quos vnus inuentus est maior cæteris, quem sæpè admotum igni, consumere nul-  
 lo pacto valuit. Post hos, gentem reperit, quæ sacrum colebat ignem, eumque perpetuum appellabat: sacerdotes  
 templi materiam, ne deficeret, ministrabant. hos super vita ægrotantium amici consulebant. Illi noctu ad ignem  
 accedebant, manè verò consulentibus responsa dantes, umbram ægroti se apud ignem sacrum vidisse, aiebant,  
 quæ cum se calefaceret, signa vel mortis, vel vitæ ostendisse. victurum ægrotum facies ostensa igni, contra, si dor-  
 sum ostentasset, moriturum portendit: testari igitur, & rebus suis consulere, suadebant. Delusionem hanc esse  
 Hieronymus ostendit, & persuaso populo, deleto templo, ignem dissipauit, Christianosque mores induxit. Pro-  
 fectus introrsus, aliam gentem reperit, quæ solem colebat, & malleum ferreum, raræ magnitudinis, singulari  
 cultu venerabatur. Interrogati sacerdotes, quid sibi ea veneratio velleret, responderunt, olim pluribus mensibus,  
 non fuisse visum solē, quæ rex quidam potentissimus captum, conclusisset in carcere munitissimæ turris, gigantem  
 deinde opem tulisse soli, ingenti que malleo perfregisse turrim, solemque liberatum, hominibus restituisse: di-  
 gnum itaque veneratu instrumentum esse, quo mortales lucem recepissent. Risit eorum simplicitatem Hiero-  
 nymus, inanemque fabulam esse monstrauit, solem verò & lunam, & stellas creaturas esse ostendit, quibus ma-  
 ximus Deus ornauit cælos, & ad vtilitatem hominum perpetuo iussit igne lucere. Postremò alios populos adiit,  
 qui sacram coluere syluam, & quæ arbor procerior fuit, eo cultu digniorem putauere. Prædicauit huic genti,  
 pluribus fidei nostræ aperiens sacramenta, denique, ut syluam succiderent, imperauit. vbi populus cum securi-  
 bus affuit, nemo erat, qui sacrum lignum ferro contingere auderet. prior itaque Hieronymus, assumpta bipenni,  
 excellentem quandam arborem detruncauit. tum secuta multitudo, alacri certamine alij ferris, alij dolabris, a-  
 lij securibus, syluam deiiciebant. Ventum erat ad medium nemoris, ibi quercum vetustissimam, & ante omnes  
 arbores religione sacram, & quam potissimè Dei sedem putabant, percutere aliquandiu nullus præsumpsit. Po-  
 stremò, ut est alter altero audacior, intrepidans quidam socios, qui lignum insensatum percutere formidarent,  
 eleuata bipenni, magno ictu, cum arborem cædi arbitraretur, tibiā suam percussit, attamen in terram semia-  
 nimus cecidit. attonita circa turba, flere, conqueri, Hieronymum accusare, qui sacram Dei domum violare sua-  
 sisset, neque iam quisquam erat, qui ferrum exercere auderet. Tum Hieronymus illusiones dæmonum esse af-  
 firmans, quæ deceptæ plebis oculos fascinarēt, surgere, quem cecidisse vulneratum diximus, imperauit, & nulla  
 in parte læsum ostendit, & mox ad arborem adacto ferro, adiuuante multitudine, ingens onus cum magno fra-  
 gore prostrauit, tumque nemus succidit. Ea in regione, erant plures syluæ, pari religione sacræ, ad quas dum Hie-  
 ronymus amputandas pergat, mulierum ingens numerus plorans, atque eiulans, Vitoldum adiit, sacrum locum  
 succisum queritur, & domum Dei adeptam, in qua diuinam opem petere consuēssent, inde pluuias, inde soles  
 abstinuisse, nescire iam quo in loco Deum quærant, cui domicilium abstulerint, esse aliquos minores lucos, in  
 quibus dii respondere solebant, eos quoque delere Hieronymum velle, qui noua quædam sacramenta introdu-  
 cens, patrum morē extirpet, rogare igitur atque obtestari, ne maiorum religionem auferri sinat. Sequuntur &  
 viri, & mulieres, nec se ferre posse nouum cultum asserunt. relinquere potius terram & patrios lares, quam re-  
 ligionem à maioribus acceptam, dicunt. Motus ea in re Vitoldus, veritusque populorum tumultum, Christo  
 potius, quam sibi deesse plebem voluit, reuocatisque literis, quas Præsidibus prouinciarum dederat,  
 iubens parere Hieronymo, hominem ex prouincia  
 decedere iussit.

GROD NA.



VERA DESIGNATIO  
O VRBIS IN LIT  
TAVIA GRODNAE.




R O M A

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and is significantly obscured by water damage and staining.

# R O M A.

**R**O M A. Vrbstoto orbe celebranda, rerum domina, in Latio, ad amnem Tyberim sita, à Romulo conditore, nominata. Et vndecimo Ezechiae Regis Iuda, anno, intercedente Assyriorum regno, secundo autem, octauæ Olimpiadis, cõdita, perhibetur. Ambitum eius ex traditionibus Augusti, Plinius scribit, millia passuum viginti. Flauius Vopiscus tradit, Aurelium Imperatorem, ambitum vrbis, ad triginta millia passuum ampliasse. Quod si vrbem, ad nostræ ætatis consuetudinem, metiri volumus, vix passuum millia quatuordecim, omnis Romæ & Ianiculæ, siue Transyberinæ regionis, & Vaticanæ, hęc olim Viminalis, Figulensis etiam, tum & Quirinalis, hęc ad præfens extant, hæc sunt. Ac primum quidem ab Occidente, Popularis. Deinde per radices collis Hortorum, spatio P. mille Pinciana, præfens, Collatina, dicta. Tum, senis stadijs abest Salaria, quæ olim Quirinalis Agonenfis, item Collina & Quinque cepis, vt Varro tradit, nominabatur. Exortum solis æstiuũ, spectat porta D. Agnetis, hæc olim Viminalis, Figulensis etiam, tum & Nomentana appellabatur. Sequitur D. Laurentij, stadijs XII. a D. Agnetis, olim Tiburtina, & Taurina dicta. Succedit porta Maior, olim Neuia, dicta. A maiore, stadijs XII. versus hybernũ solis exortum, porta D. Ioannis sequitur, olim quidẽ Cælimontana, dicta. Ab hac stadijs V. Gabiufa, quæ nunc claufa est. Proxima Latina, in Cæliolo, stadijs, a superiore, V. semper id nominis retinuit. Sequitur spatio paulò amplius, D. P. S. Sebastiani porta, veteres Capenâ, Camœniâ, & Appiam dicebant, nec desunt, qui & Triumphalem, deniq; & Fontinalẽ dictam, tradant. Est deinde D. Pauli, spatio ab Appia P. mille, meridiemq; similiter, vti & illa, spectat, veteribus, vt quidam existimant, Trigemina, & Ostiensis, vocitata. Trãs Tyberim, intra stadiũ mediũ, Ripens, ad vernũ occasum est, olim Portuens, dicta. Hinc paulo minus, mille P. in Ianiculo, D. Pancratij sequitur, antiquis Aurelia. Versus Septentrionem deinde, occurrat, Septimiana, quam aliqui Fontinalẽ, ab initio dictã, volunt. Succedit porta Iurionis, aliter etiã Pusterula dicta. Sequitur deinde Pertusa, pauloq; vltieris, iuxta nobilissimos hortos, aedesq; Beluiderij splendidissimas, Iulia. Postrema hinc, Castello S. Angeli vicina, Castellana, quæ prius Aencia, vocabatur, & hæc nostris temporibus, vltra citraq; Tyberim, vrbis Romæ portæ sunt. Tyberis ripa, octo quodam pontibus, iuncta fuit, quos ita, P. Victor, recenset. Miluius, quem vulgus nunc perperã, Mollẽ vocat. Aelius, nunc pons Castelli S. Angeli, dicitur. Vaticanus, qui & Triumphalis. Ianiculus, qui hoc tẽpore Pons Sixtus est. Fabricius, vulgò de quadro Capi, seu Quadriceps. Exquilinus: itẽ Cestius, nunc S. Bartholomæi. Succedit deinde Senatorius, & itẽ Palatinus: iam, D. Mariæ Aegyptiacæ, appellatus. Infra deinde, locus apparet, vbi pons vltimus extitit, quẽ tota scriptorũ cohors, Subliciũ & Aemiliũ nominat. Colles septẽ, citra Tyberim Romæ ab auctoribus describuntur, quorum nomina hæc sunt: Capitoliũ, Palatinus, Auentinus, Cælius, Exquilinus, Viminalis, & Quirinalis. Trans Tyberim alij duo sunt, Ianiculus, & Vaticanus. Capitoliũ, ab initio, Saturnij nomẽ habuit, postea Tarpeiũ, deniq; Capitoliũ vocari cõpuit, humano capite, in Iouis tẽpli fundamentis, reperto. Diuidebatur in partes duas, Arcem, & Capitoliũ. Arcis ornãmẽta, cunctis Aegyptiorũ miraculis, erant anteponenda. Circa Capitolium turres erant, delubra, similiaq; loca, vnum in vnum consecrata, plus LX. Mons, nostra ætate, propemodũ vacuus, & inanis: vix enim nunc ibi Senatoris, & conseruatorũ prætoria, nullius ferẽ momenti, cum Aræ cæli, familiæ Minorum, monasterio cernũtur. Palatinus mons sequitur, in quo, vt Cornelius Tacitus perhibet, primũ, vrbis Roma, ædificata est. Et in eo Reges, deinde Consules, postea Imperatores, maiori ex parte, sedem habuerunt. Qui plurima atq; magnifica in eo extruxere ædificia, quæ etsi iniuria temporũ penitus sunt collapsa, eorum tamen ruinæ tot tantæq; sunt, vt passim ab omnibus, summa cum admiratione, conspiciantur. Habuit is mons Grægostasin, locum, vbi nationum, maximè Græcorũ, subsisterent legati, qui ad Senatũ missi essent: Concordiæ ædem, Senaculũ, & aedes Victorię, Iunonis hospitię, Penatium, Orci, Fidei, Apollinis, & plurima alia ædificia, quæ Marcianus in topographia vrbis Romæ, & Leander de eiusdem vrbis antiquitatibus studiosè describitur. Liuius quoq; inquit, Matrem Magnã Deum, ex Græciã aduectam, in eadem victorię, quẽ est in Palatio, pertulere. Fuit & in Palatio, teste Plinio, Phanum, Febri dicatum, & templũ D. Augusti, deinde incendio consumptum. C. Calicula, super templũ hoc, ponte transiũs, palatium, capitoliumq; coniunxit, cuius & reliquias, adhuc conspiciere licet. Idem Cæsar Augustus, templum Apollinis, in ea parte excitauit. Addidit porticus, cum bibliotheca Latina & Græca, quo in loco, iam senior, sæpe Senatũ habuit. Nunc præter S. Nicolai Ecclesiã, a Callixto Pontifice ædificatam, nullum, is celeberrimus mons, ædificium habet. Qualis autẽ, & quantum olim fuerit, peringentes ædificiorũ ruine indicant. Nunc ad Cælium montẽ veniamus, in quo Vespasianus, templũ D. Claudij ædificauit. fuit & in eo phanum Veneris & Cupidinis, item Paris, aliorumq; deorum ædes, aræ, & templa, quorum omniũ ruina ita confusa sunt, vt paucis certum locum assignare liceat. Macellum magnum, Antrum Cyclopi, Lupanaria, cohortes quinq; vigilũ, Castra peregrinã, & Armamentariũ. Medio in eius dorso, bini Aquæductus, superbissimi operis, conspiciuntur. Nunc, Ecclesiã Christianis, mons totus perornatus, conspicitur. Qui ad Palatiniũ vergit, Monasterium D. Gregorij, sustinet, ex ædibus paternis, ab eo constructum. Inde Sancto-rum, Ioannis & Pauli, Ecclesiã visitur, vbi quondã Curia Hostilia extitit, in qua Tullius Rex Regiam sedem, Liuius asserente, constituit. Sequitur hospitale Saluatoris: & Ecclesiã B. Mariæ in Dominica, alteraq; S. Stephani Ecclesiã circulari forma, multis per ambitum columnis, adornata, olim Fauno sacra, vt ex titulo quodam, ibi reperto, omnes consentiunt. Cernitur, ad huius montis sinistram, S. Quatuor coronatorum Ecclesiã, & S. Erasmi monasteriũ. Proximum, noui operis, in monte Cælio, est Xenodochiũ Lateranense, & in eiusdem montis extremo, Basilica Lateranensis, sic cognominata, quod in Lateranorũ nobilissimæ gentis ædibus, ædificata fuerit. Ea, sanctissimis Apostolorũ capitibus, venerabilis, & nobilissima structura, toto orbe celeberrima, à Constantino data B. Syluestro, Constantiniana Basilica, appellatur, Pontificũ Romanorũ primaria sedes. Visitur quoque in monte Cælio, porta maior, Neuia dicta. Et Amphitheatrũ à Statilio Tauro Augusto, posurum, semidurũ. Et alia S. Crucis Basilica, ab Helena Constantini matre, constructa. Eo loco, vbi templa erant Veneris & Cupidinis, coniunctũ quẽ est monasterium, quod Carthusiensibus nunc incolitur. In Auentino monte, locisq; circumiectis, multa cum templa celebria, tũ alia summi splendoris ædificia, fuerunt, videlicet: Ara Herculi, ab Euandro, posita, phanũ Iunonis, Dianæ, Mineruæ, & Lucinæ. Et in vertice, Laurentum, Ioui sacratum, & Libertatis aedes. Nunc B. Sabinæ, Bonifacij, & Alexij monasteriũ habet, alioquin, totus vineis contectus. Exquilinus mons sequitur, quem Varro, duas in partes diuidit, nobiliorem esse scribens eam, quæ à foro, postea Traiani vocato, nunc à turre Comitum, ac Militiarũ, incipit, & per montem Caballinum, perq; Thermas Diocletiani, ad D. Laurentij portã vsq; extenditur. Altera pars, ea loca continet, quæ inter Diocletiani Thermas & Marij Trophæos intersunt. Et ea celeberrimam Ecclesiã, S. Mariæ Maioris, sustinet. Habuit Exquilinus, olim aedes, cum Deorum, tum hominũ amplissimas & magnificentissimas. A turri Militariũ ascendendo, ruinae Thermarũ Constantini cernuntur, & ingentes seminudorum marmoræ statua. Inde, loco penè contiguo, Caballi marmorci, quibus viri feminudi, lora tenentes, insident, magno artificio facti, quorũ alter, Praxitelis, alter Phidiæ opus, Latinis litteris, inscribitur. Inde non lõge sunt Diocletiani, & aliorũ clarissimorũ virorũ Thermae. Fuit in eodẽ colle Macellũ, vbi nunc Ecclesiã S. Viti conspicitur, cui vicinus est Arcus triumphalis Galieni. Plurimæ sunt in hoc monte Ecclesiæ, veterum ædificiorũ ruinae, quæ omnia absq; tædiosa verbositate, referre minimè possẽmus. Collis Viminalis, Aram Iouis Viminẽ, quondã habuit templum Syluani, Lauacrũ Agrippinæ, matris Neronis, Thermanis Olimpiadis & Nouati, eo in loco, vbi nunc D. Pudentianæ est templum. Et Bibliothecam Vlpiani, in qua libri lintei, atque elephantini Principum gesta, & S. C. continentes, seruabatur. Alijs insuper ædificijs hunc montem exornatũ quondã fuisse, ingentes ruinae testantur. Mons Quirinalis, longitudine, Viminali est similis, at amplius in latum patet. sunt enim, qui collem illi alium, inter portam Collinam, & Collatiam, adiungunt, vbi characteribus Aegyptijs inscriptus, Lunæq; quondam, vt nonnulli prodiderũt, dedicatus, iacet obeliscus. In valle Quirinali, fuit Fortuna publicæ, aedes. Paulò altius, Turris Militiarũ, in qua Traiani milites olim stationem habuere, Thermae Constantini, Domus Corneliorũ, Domus Pomponij Attici, fuit in ea Quirinalis parte, quæ ædi nunc D. Vitalis, incumbit. Templũ Quirinũ: Horti Salustiani, Campus sceleratus, in quo Vastales, incestri reæ, viuẽ defodiẽbatur. Habuit & plurimas alias aedes sacras hic mons, sed quo in loco fuerint, non ita exploratũ habetur. Postularet nunc ordo, vt vrbis quoq; planẽ ædificia & celebriora loca diligentius perferutaremur. In quibus non modò & publica, & priuata magnifica ædificia, sed & infinita propemodũ deorum templa recẽsenda forent. Quorũ hæc de causa, tanta in vrbe multitudo cernebatur. In Pontificum enim disciplina sancitum fuerat, vt neq; oppidum, neq; vrbis aliqua, antè oppugnaretur, quàm Romani sacerdotes, Deum, loci præsidem, euocassent, & illi vouissent religionis cultum apud Romanos, ac locum ampliorẽ, templum, delubrũ, sacellum, aut arã. Hinc effectum est, vt intra Romana pomœria, singularum propè gentium numina propria sacra habuerint, propriasq; aedes. Creuitq; Deorum numerus ad irrisionem vsq; sue. Sed Dei illius nomen, sub cuius custodia erat Roma, diutius occultum fuit, ne qua hostilis euocatio fieri posset. Cæterũ, cum ob incredibilem, tam publicarũ quàm priuatarum ædium frequentiam, omnia enumerari nequeat, quia in immensum, lectorum etiam tẽdio, exeresceret oratio: itaq; Pub. Victorem sequuti, Laconica breuitate, quæ ab alijs, integris etiã libris, pro rei magnificentia descripta sunt, recensebimus. Aquę, & Aquæductus per varias vrbis regiones XIX. inueniuntur. Thermae XI. Amphitheatra & Theatra. III. Curie XXXV. vt D. Aug. in Psal. 121. Circi III. Obelisci VII. Arcus marmorci XXXVI. Campi VIII. Fora XI. Bibliothecæ XXIX. Obelisci V. Vię XXIX. Capitolia II. Colossi duo. Columnæ cochlides duę. Macella duo. Ludi quatuor. Naumachie V. Nymphae XV. Equi magni XXIII. Deaurati LXXX. Eburnei LXXXIII. Aedes CCCCXXXIII. Vicomagistri DCLXXII. Vici CCCCXXXIII. Curatores XXIII. Insalẽ per totam vrbem numero quadraginta sex millia sexcentæ duę. Domus M. DCC. LXXX. Balnea D. CCC. LVI. Lacus M. CCC. LII. Pistrina CC. LIIII. Lupanaria XLV. Latrine publicæ XLIII. Cohortes prætorie decem, Vrbane quatuor, Vigiliũ septem, quarum excubitoria XIII. Vexilla communia, duo. Castra equitum, Salgama-rorum, peregrinorum. Quam multis autem, magnificis, ac penè immortalibus ædificijs, multo labore, summa arte, & infinitis sumptibus, vrbis Roma-na exornata fuerit, explicari vix poterat. Quę, tamen, maiore ex parte, iniuria temporum (vt in hominum vita nihil est perpetuum) interiire: reliquię tamen, & ruinae illorum, quę hodie extant, adeo sunt immensę, & mirandæ in modum se extollunt, vt ab extremis orbis partibus, plurimos ad se visenda iugiter, & alliciant, & attrahant. Qui eas contemplantes, rerum magnitudine, ita obstupefcunt, vt ab illorum contemplatione, vel inuiti abscendant, contendantque fieri non posse, vt, aut ciuium Romanorum opera, aut Regum potentia, aut vllis principum diuitijs, sed vel gigantum manu, vel diuina potius virtute, ædificia illa fuerint excitata.

VRBIS ROMAE SITVS CVM HIS QVAE  
ADHVC CONSPICIVN TVR  
VETER. MONVMET RELIQVIIS  
PYRRHO LIGORIO NEAP. INVENT.  
ROMAE. M. D. LXX.





MANITVA

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



# MANTUA.




**MANTUA**, peruetusta Lombardiæ ciuitas, medio stagni, ab Ocno, filio Tiberij, & Mantus Tirefig Thebani vatis filiæ, ad Padum condita, & à nomine matris eius, Mantua, Virgilio Mantuano, poetarū Principe afferente, est cognominata. De cuius primordio, Leander in operosa, & accurata Italiæ suæ enarratione, variorum opiniones prolixius referens, hanc tandem suam, vti veriore, interponit sententiam. De Mantua, inquit, principid, vt ab diuerticulo redeamus ad rem, nos hæc adferimus. Vrbem ante bellum Troianum, annis LX. conditam reperio, temporū huiusmodi supputatione. Thebis Oedipus regnauit, quo tempore Hierosolymis Abimelechus Iudex. Troia euerfa est quarto anno regni Abdonis Iudicis: & inter vltimum Abimelechi annum, vsque ab Abdonis tertium, medij fuere LX. Iam Troiæ excidium urbem Romam annis CCCCXXXI. antecefsit, vti D. Hieronymus testatur: Romam conditam à Romulo DCCLII. ante Christi Seruatoris natalem, auctor est Orosius: itaque, non comprehenso eo tempore, quod ab interitu Thebarum, quo Mantua recentior, vsque ad excidium Troiæ interfuxit, exactè summa collecta, Mantuam, ante C. Nannis MCLXXXIII. conditam apparebit. In Miletī tamen Chronicis traditur, ædificatam post natum Abrahamum annis DXXX. qui ante urbem Romam conditam ferè DCLXX. sunt: Abrahamum autem vrbe Roma MCC. annis superiorem fuisse D. Augustinus perhibet: ex qua summa si DXXX. demamus, qui natalem Abrahami nimirum, & initia Mantuæ intercessere, dein DCLXX. sumamus, quibus Mantua Roma antiquior, additis DCCLII. qui ab vrbe Roma condita, vsque ad Christi N. vt Orosius tradit, medij fuere, Mantuam, ante C. N. annis MCCXXXII. ædificatam consequetur. Et quidem extra controuersiam est, quin antiquissima, nobilissimaq; origo Mantuæ sit, vtpote, quæ ab Ocno condita, sicuti prædictum. Itaq; ab initio Thusci, qui autores fuerant, rerum in ea potiti sunt: ab his autem ad imperium Gallorum deuenit, quum illi in Italiam ab Arunte Clusino acciti, in vltionem stupratæ ab Lucumone vxoris, circa Tarquinium Priscum CC. ante Romam crematam annis, post ætatem auream paulò minus MD. Hetruscos sensim transpadana primùm regione, post etiam Cispadana, pepulere, ex qua tum Rhetus gentem reliquam Thuscorum, vltra Padum in agrum Rheticum, qui nunc vocatur, eduxit, vt Cato, Polybius, alijq; scriptores perhibent. Itaq; post Hetruriam Galli hinc dominati sunt, à quibus Transpadana, Cispadanaq; Gallia nomina: quia verò Cenomani ex vltimis Gallia transalpina finibus profecti, has erant sortiti sedes, Cenomanorum nomen hic remansit. De Gallis dein agrum hunc cepere Romani, de ijs inclinata re Romana, Gothi, atq; Longobardi: sed his expulsis, Imperatorum Cæsarum potestas redijt, qua rursus labante, cum totius Italiæ ciuitates sub nomine Romani imperij pro liberis segerent, eodem Reipub. statu Mantua fuit, donec ab Otthone II. Imper. Thedaldo, Comiti Canossano, propter officia patris eius Actij erga Romanum Imperium singularia, donaretur. Successit in dominatu Thedaldo Bonifacius filius, qui cum absque liberis maribus obiisset, Beatrix vxor præfuit, ac postea Mathildis filia perillustis mulier. Illi imperium huius vrbis Henricum III. Imperatorem Aug. eripuisse, scribit Aequicola. Sed in Germaniam reuerso Imperatore, cum suam sibi potestatem Mantuani rursus arripuissent, ea tamdiu potiti sunt, donec à Mathilde Comite vehementer & perarctè obsessi, rebus diffidentes, voluntariam deditionem fecerunt pridie Calend. Nouemb. anno à C. N. MCXIII. post vsurpatam libertatem XXIII. Mathilde tamen anno sequenti intercepta fati, sub nomine Romani Imperij vicissim in suo esse iure cœperunt. Ea ciuitatis forma dein ad annum à C. N. MCCXX. durauit, vt Volaterranus & Aequicola perhibent. tum enim dominatum occupauit Sordellus ex Vicecomitibus Goitinis, vir strenuus, & prudens, qui primus omnium post Mathildem Comitem Mantuæ princeps fuit. Deinde ab anno Christi M. CC. LXXIII. vsque ad Saluatoris annum M. CCCXXXIII. decem ex ordine Principes, Mantuanam Remp. administrarūt. Quo tempore Ioannes Franciscus Gonzaga, Mantuæ Princeps, à Sigismundo Imperatore Augusto, Marchio dictus est, vti in scriptio turris horologij Curie, versus plateam patens indicat, vbi marmor, hac sententia legitur. XIX. Cal. Septemb. Mantuæ principatū fortissimè cepit Ludouicus Gonzaga, abauus illustris Marchionis Francisci Gonzagæ, qui in principatu successit die VII. Id. Martij, anno post C. N. MCCCXVII. natus ann. XI. mēf. 9. dies 9. Hinc X. Cal. Octob. MCCCXXXIII. à C. N. anno, Serenissimus Sigismundus quartus, suis manibus & ore Marchionem Mantuæ, designauit, in magnificentissimo tribunali, in foro D. Petri Mantuæ, concessis insignibus aquilæ nigre, albo in campo, cum rubente cruce. Vrbis ipsa in medio paludium posita est, quas Mincius amnis creat, vt adeo munitissimū, si vlla Italiæ ciuitas, obtineat situm. Ampla, splendideq; ædificata est, & multis sumptuosissimis ædibus ornata, inter quas eximiū prætorium Andreæ Mantegnæ nobilissimis picturis decoratū: vbi septē non modicę tabulæ cernuntur, quibus triumphus Cæsarum tam excellenti arte est expressus, vt inter celeberrima præclarissimaq; summorum pictorum opera, meritò censeriqueant. Splendidissima in Curia Senatus pernobilis ille locus est, quem Cryptam vocant, rebus preciosissimis confertus, expletusq; ab Isabella Francisci Marchionis vltimi vxore. Culta hic antiquitatis monumenta singularia, multa signa mirabilia cernere est. Inter cetera, duo Cupidines sunt, vetustus vnus, alter recens: hunc si prius videas, opus admirabile iudicaueris, si cum primo conferas, tantum differre videbitur, quantum ab viuo animal exanime. Cum maximo etiam gemmarum & preciosissimum orum vasorum ex auro argentoq; numero, cornu insigne cernitur Monocerotis, præcipua proceritate mirabile, paulum tamen ad extremum caput arrosū. Sunt etiam in hac regia singulari artificio nostris temporibus organa facta, solido ex alabastro, peringenti sumptu, quibus ego cani aptissimè ac suauissimè audiui. Præterea quoque multe sunt vrbe tota permagnificę domus, ædesq; sacre: viri cum ad litteras, tum ad arma, mercaturam, aliaq; negotia prompti aptiq;. Ciuitas omnibus rebus ad vsum humanæ vitæ cum primis affluit. Memoriam eius plurimi Historici ac poetę celebrant, nominatim, Ouidius, Stadius, Martialis, Silius. Maximam sub Trium uiratu cladem tulit, Crema victoribus deripienda concessa, propter cuius vicinitatem vna, magnam agri sui partem amisit: quamobrem, inquit Virgilius: Mantua veh miserę nimium vicina Cremonæ. Blondus etiam direptam tradit ab Athila, item ab Gothis, & Longobardis, nimirum ab Agiulpho, vt Paulus Diaconus scripsit. Alij pessimè habitam à Cancano Bauarorum rege, ac Vandalis & Alanis perhibent. Edidit vrbs hæc illustres, strenuos, ac eruditos homines quam plurimos, quorum eximijs virtutibus, non solum patria, sed vniuersa Italia decorata illustrataq; est. Fuit ex horum numero diuinus ille poëta Virgilius in vico Andis, qui nunc Petola dicitur, altero ab vrbe lapide, natus. Qui autem hoc tempore Mantuanam urbem celebres viri illustrant, breui narratione recenseri non potest. Extra urbem Mantuam, alta lataq; fossa cernitur, cum valido aggere millia ferè XXX. colligens, & agri Mantuani partem concludens, quam Seralium vocant, triquetra figura, quemadmodum Volaterranus scribit. Fossam hanc ad vrbis tutelam, & munitionem Mantuani, anno post C. N. MCCXI. incepere, MCCXLIX. absoluerunt, vt perhibet Aequicola. Sunt in ijs septis, circa ripam stagni cum hortis amoenissimis & cultissimis, ac nitidis aruis, quæ & vitium perpulchros habent ordines, ædificia splendida permulta, religiosæque domus, inter quas monasterium Angelorum, familiæ prædicatorum habitatio. Transito lacu, præclara mox apparet villa, Marmiroli, à Federico primo Marchione, magno planè artificio malorij; sumptu ædificata. Multitudinem opportunitatemq; conclauium habet tantam, vt Principe vel Rege quouis excipiendo, pro tempore sufficiat. Locus hic arte mirabili factus, magistrī voluntate, tam repente per abditos quosdam fonticulos vndique prorumpentium aquarum copia perfunditur, vt qui intus sint, euadere profus nequeant, quin perluantur, opus meherculè summi artificij, nec minoris voluptatis, præcipuè mensibus æstiuis, quum ad refrigeria maximè conuenit. Cingunt villam peramœni ac nitentes horti, fructiferarum arborum varijs generibus ornati, cum pergulis vitium elegantissimis, quas autumnali tempore, racemis, vna variæ nobilis grauatæ, spectare est.

# MANTVA.



*Mantua, Lombardię Transpadane orbs clarissima et antiquissima, venustissimum, in medio paludium, situm obtinet Anno salutis MD. LXXV. ad viuum delineata.*




# PUTEOLI ET BAIARUM



**P**UTEOLI, Campaniæ oppidum vetus, iuxta littus marinum impositum colli, initiò Dicearcheam dictam, nimirum ab administratione iustitiæ, sanctissimoque imperio, Plinius, Strabo, Silius, Appianus, & Philostratus auctores sunt. Emporium Cumanorum Puteolos fuisse, posteaque colonis Romanis admodum frequentes redditos, & nomen à puteorum multitudine accepisse, vel, ut alijs placuit, à putore, quem hic passim aquæ calidæ, vi sulphuris emittunt, quapropter nonnullis etiã Phlegra vocatus sit Cumanus ager, Strabo memoriæ prodidit. A Liuiio Puteolorum mentio sæpissimè fit, præsertim autè, vbi, colonos eo deduxisse Fabiũ Max. urbèq; munivisse, neq; multo post, Annio cõsule referente, decretũ à Senatu, colonos in quinque ciuitates marinas, & inter eas Puteolos mitti narrat. Alibi etiam Annibalẽ ad Auernũ pretextu sacrificij, profectum, sed animo capiendi Puteolos. Alio denique loco, Romanorũ coloniam factam scribit. Urbis medio nũc templũ antiquissimum ex quadrato lapide cernitur, quanquam vi terræmotuum nonnihil deformatum. Id Christiani D. Proculo dedicârunt, & in aditu hanc inscriptionem adhuc habet. Calpurnius L. F. Templum Augusto cum ornamentis D. S. I. Et alia quoque pars huiusmodi, L. Cocceius L. C. Posthumi. L. Auctus Architecti. Visuntur etiam hîc ossa quædam humana vastissimæ magnitudinis. Plinius huius urbis memoriã pluribus in locis vsurpat, nominatimque Sil. cœruleũ Puteolanũ cõmendat: itemque natiuos, factitiosque colores referens, purpurissum inquit, Puteolanũ potius laudatur, q̃ Tyrium, aut Getulycum, vel Laconicũ. Sunt, qui nouam hanc urbem dicant, & vetus oppidum Puteolos non hoc in colle positum fuisse, sed aliquanto remotiore loco, vbi nunc ingentes adhuc ædificiorum ruinae supersunt. Ego contrã haudquaquam hanc recentem, sed ipsam urbem antiquam puto esse, non modò situ eius presenti, quòd propinqua littori portuiq; sit, de quo paulò post agemus, sed etiam reliquijs pòtis ab huius collis radicib; olim incipientis, prætereaque veterrimo illo templo, de quo dictum est, adductus: quãquam multo quondam ampliorem fuisse, quàm nunc sit, cum omnium antiquorum monumentis celebretur, minimè negare velim, adeoque putem illa operũ propinqua vestigia, vel partem urbis aliã, vel suburbia fuisse. Portus dein ad eius pedem valdè commodus, atque tutus erat, quem opere factum, iactis in mare pilis, Strabo scribit. nam ad eiusmodi moles puluerem huius agri per opporunum esse, quod cum alia materie mixtus, validissimè conglutinetur in aquis, atque solidescat. Cuius rei Vitruuius etiam testis est, ac item Plinius, his verbis de terræ varietate scribens. Quis enim satis miretur, pessimam eius partem, ideoque puluerem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, mersumque protinus fieri lapidem vnum, inexpugnabilem vndis & fortiorem quotidie, utique si Cumano misceatur cæmento. Puluerem quoq; Romanum, qui è rupibus intimis ad structuras hac memoria solet effodi, ab huius præstantia Puteolanum dici arbitror. Portus autem Puteolani vestigia fermè nulla supersunt, quòd partim à mari occupatus sit, partim, uti alia regionis opera, nemine curante, per se perierit. Cõtra in mari XIII. vastissimæ pilæ turrium instar ex latere structæ, ac in ijs quibusdam arcus semiruti cernuntur ex aduersum illis pilis, quæ item in æquore, iuxta Baias apparent. Pontem ab Caligula Imper. superiniectum, quo transitus à Puteolano littore vsque in Baianum sinũ iungebatur, Suetonius his verbis amplissimè memorat. Nouũ atq; inauditũ genus spectaculi excogitauit. nam Baianũ medium interual- lum, & Puteolanas moles, trium millium, & sexcentorum ferè passuũ ponte, coniunxit, cõtractis vndiq; onerarijs nauibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis, superiectoq; aggere terreno ac directo in Appiã viã formã. Per hunc pontem vltro citroque commeauit biduo continenti, primo die phalerato equo, insignis quoque quercica corona, &c. & gladio, aureaq; chlamyde, postridie quadrigario habitu curriculo bijugi famosorum equorũ, præ se ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante prætorianorum agmine & in essedo cohorte amicorum. Hæc Suetonius. Post has pilas vltra Puteolos, in littore multi salubrium aquarum fontes prorumpũt. De quibus copiosè Leander, in Italiæ descriptione differit. A Mortui Maris ostio per oram Baiani sinus ad Auernum, inde vsque Puteolos incedenti, tot eo tractu manificarum ædium operumque tanquam perpetui vici ruinae conspiciuntur, ut certò credam narrationis fidẽ excessura. Primũ circa Maris Mortui fauces asperrima rupes excauata cernitur, ita ut per eam nunc in sinum Baianum è Mari Mortuo commeare nauigia possint. Hanc olim sic excisam autumo, quòd commodiũs ad alias circa lacum habitationes terra perueniretur: nimirum non superato rupis culmine, vel transmissò ratibus mari. Postea tamen collabentibus ædificijs, ijsque locis desolari paulatim incipientibus, nemine curam aquarum, ut arcerentur, sustinente, omnia mare hausit, vnaque viam silice stratã, quam in hodiernum vsque diem pacatis & cõsistentibus vndis passim in fundo est cernere: quapropter cum olim isthac terra transiretur, nunc nauigio proficisci oportet. De cætero per littus ad Baias versus sumptuosissimorum operũ ex alijs rupibus olim ad mare propendentium apparent partes, pilæ nimirum ingentes, quibus incumbebant. Erãt illæ cum ædificijs ipsis ad viam, quæ à villis circa Mare Mortuũ Baias ducebat, nunc autem vnã cũ via, quod supra diximus, ipsisq; fundamentis ædium & partibus, in æquore conspiciuntur tantæ magnitudinis ac admirationis, ut equidem curiosã ingenia planè cogant obstupescere. Baiarum inde vestigia sunt, ingentia nimirum pelago demersã operum fundamenta. Urbis interitus à vi terræmotuum exortus est: qua de causa paulatim emigrantibus colonis, tandem omnia marini inuasere fluctus, ut ad eò iam nullum hîc integrum ædificium supersit, præter balnea quædam iuxta vicinas rupes, vbi plurimæ quoq; cauernæ cernuntur, ex quibus existimari potest, olim magnificas hoc situ ædes extitisse. Baias Plinius, Strabo, Suetonius, Tacitus, Appianus, Antoninus, Mela, Silius, alijsq; plurimi scriptores compellant. Nominis originem à Baio quodam Vlyssis socio, hîc sepulto, fluxisse scribit Strabo. Prope vestigia Baiarum in mari pilæ quædam crassitudinis immense conspiciuntur, ex cocto latere summo artificio constructæ, quibus aliæ similes haud procul Puteolis directò respondent, olim pontis imponendi causa iactæ, quo transitus à Baiano sinu recta per mare in Puteolanum iungeretur.

151





Handwritten text, possibly a signature or date, located on the right side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the bleed-through from the reverse side of the paper.

## P A R E N S.



**P**AREN S, vulgari Itatorum idiomare Parenzo, oppidum Histriae siue Dalmatiae ad mare Adriaticum, iucundo ac peramœno situ, de cuius appellatione Bredebachus in Hierosolymitana sua peregrinatione ita scribit: Paris Troianus, cum Helenam Graeciae reginam, Menandri regis coniugem, raptum pergeret, quæ res Troiani excidij principium fuit, omnem suam classem in hac ciuitate instruxit. Et cum ipsa Helena rapta illuc ex Graecia reuersus, votoque potitus esset, à nomine suo ciuitati nomen imposuit, ipsamque Paridinum appellauit. C. milliaribus à Venetis, quorum paret imperio, distat, dignam Episcopo sedem præbet. Basilicam habet præstantibus diuorum reliquijs venerabilem, in qua S. Demetrii, Iuliani, Bertæ, & Acolitæ ossa magnâ religione aueruantur. Ex hac Parentina vrbe terrestri itinere Hierosolymam non incommodè perueniri posset, sed publicæ fidei litteræ, non facilè impetrantur, & eò quòd Histriae partes diuersos agnoscant rectores: partem siquidem eius Imperator Augustus, partem Veneti, partem Turcarum Cæsar sibi vendicat. Itaque peregrinis tanquam exploratoribus suspectis non facilè hac transitus patet. Eadem etiam de causa steriles sunt Geographorum & Topographorum de hac regione historiae, cum eam liberius perlustrandi nemini concedatur facultas.

## M O D O N A.



**M**ODONA Ptolemæo Methone, vrbs est littoralis Peloponnesi, tam situ loci, quàm mortalium industriâ valdè munita, opibus, incolarum frequentia, Archiepiscopatu & Clero eo tempore, quo Reipub. Venetæ parebat, clarissima, quò peregrini Hierosolymitani quotannis solebant diuertere. Verum tam nobilis & præstans vrbs Venetorum imperio Anno Christi M. D. eripitur à Baiazeto, eius appellationis secundo, Rege Turcarum nono, & Imperatore secundo, qui Venetis, ob receptum in defensionem atque tutelam Ioannem Cemouichium Comitem, offensus, bellum ipsi terra marique indixit, atque incredibili exercitu Dalmatiam vniuersam depopulationibus vastans, tanta immanitate in Christianos defecit, vt Venetorum etiam Reipub. exercituique formidini esset, qui magna celeritate militem vndequaque collectum triremibus imponentes, Modonan vsque peruenerunt, quibus cum tantum inesse virium cerneret Turca, vt sustinere eorum imperum se posse diffideret, in sapientiæ portum sese recepit, & discedentibus deinde Venetis, oppidum Lapantum, veteribus Naupactum, expugnauit ac vicit. Acciderunt hæc anno salutis M. CCCC. XCVIII. Cæterum cum conatibus suis hoc tractu Medonam urbem nunquam non obsistere, multumque Venetis semper opis adferre Baiazetus cognosceret, quas potuit cunque vires in eius oppugnationem collegit, eamque subito graui obsidione tribus in locis arctissimè cinxit, machinis æreis quingentis, quarum duæ & viginti muris euertendis noctu dieque distinebantur, urbem verberauit, mortarijs in eam ignem euomuit, mœnia & propugnacula vrbs solo adæquans, nouum quotidie militem adduxit sub mœnia. Ita quidem, vt oppidani continuis in repugnando laboribus fracti, auxiliares etiam copias frustra expectantes, vrbs conseruandæ spem amitterent. Interea verò quatuor Venetorum triremes, auxiliarijs munitæ militibus, comœtu, munitione, cæterisque rebus, implacabili marti necessarijs, instructæ, magno obsidione constructorum gaudio, at infausto tandem omnium exitio aduenere. Dum etenim ij, qui in propugnaculorum & mœniorum ruderibus atque ruinis, ad hostium vim depellendam erant dispositi, Venetorum admotâ littori classem conspicerent, aduentantium apparatus visuri, stationes suas inconsultè ac temerè deserentes accurrunt. Baiazetæ interim Ianiceri oblatam sibi temeritatis occasionem captantes, facili negotio urbem inuadunt & expugnant, novosque milites in suam potestatem redactos membratim antè diffecant, quàm in urbem ipsi ex nauibus fuissent egressi. Eaque ratione, immanissimus Turcarum tyrannus, anno ab orbe redempto M. D. decimo Augusti die, quæ D. Laurentio sacra fuit, Modona potitur.

## S E B E N I C O.



**S**EBENICO Antiquis Sicum, vulgo Sebenicho, vrbs maritima in Hadriatici maris littore iuxta Dalmatiae fines, Venetorum imperio paret. In quam, asserente Plinio lib. 3. Naturalis historiae, cap. XXI. Diuus Claudius Veteranos transmisit.



SIBINIUM, Ptolemeo Sicum vulgo Sibenicho. Dalmatię opp.




PARENS, Siue Parentium vulgo, Parenzo Histrię opp.



MODON, Siue Modona, quondam Methone, ciuitas est littoralis Peloponesi, in Morea.





# CANDIA



**C**ANDIA, Insula Mediterranei maris, centum vrbiu fama celebris, vt veteres scribunt. Plinius autem suo tempore, in ea, quadraginta: Bellonius verò, qui eam diligentissimè perlustrauit, atq; descripsit, tres nunc tantum recenset, Caneam, Rhetimon, & Candiam. Alij etiam Gnosum, Minois regiam, & Strabonis Cosmographi patriam, connumerant. Candia verò, metropolitico honore conspicua, de qua etiam insula ipsa cognominatur, vrbs est, natiuo montium situ, muris quasi circumuallata, portu, loci natura arteque munito, tutam nauibus stationem præbens, qui ad merciu securitatem turriscite, affabreque ædificata, communitus, videtur. Hanc vrbs, cum vniuersa insula, in potestatem primum redegit Romanorum Metellus Creticus, & deinde sequentibus temporibus, sub Imperatoribus Constantinopolitanis, diutius fuit, postea concessa Bonifacio Montiferratenfi, à quo demum Venetis, magno diuendita fuit, Anno. M. D. XLIV. In hac proinde vrbe, Prætor Venetus, ius semper dicit. Agro gaudet omniu præstantissimo, maluatici vini feracissimo, quod à Venetis, quia ipsis insula paret, Venetorum maluaticum, vulgò, nuncupatur. Syluosi etiam montes cupressi tabulas, ex quibus cistæ, gratissimum spirantes odorem, conficiuntur, suppeditant.

# CORFU



**V**RBS, sita est, in insula eiusdè nominis Chersoneso, aut promontorio potius, quod se in montis formam, in Ionium mare extendit. In hoc montis iugo, arx est, quam nouam, in decliui altera, quam veterem appellant; Harum mœnia fortissima, & propugnacula, ad securitatem munita, validum etiam in ijs veteranorum, bello exercitatorum Venetorum præsidium, maris vicini tutelam conseruat, & ab hostium formidine vrbs incolas liberat. Hæc autem castra, videntur ab ipsa insula, arte & industria hominum separata, quasi vna & eadem cum ipsa olim terra fuerit, ac deinde sit freto dirempta: Effringit enim illic, ac separat insulæ continentè, & dispescit maris fluxus, vt fiant castra insularia, ab ipsa insula Corfu, præcisa. At pons arces vrbi coniungit, quem Castrenses, siquidem voluerint, applicant, eaque ratione, habitatores insulæ esse videntur, & in oppidum, quod obuiam iacet, pedites abeunt. Auferentes autem hunc pontem, scaphis rursus efficiunt transitum nauigabilem, iterumque fiunt insulani, ab insula Corfu, separati. Ad radicem montis, vrbs, multis habitata ciuibus, montem quasi cingit, & dictas arces in se comprehendit. Illa Metropoleos nomen ac dignitatem in vniuersa hac insula, obtinens, Archiepiscopali sede ornatur. Habet portum insignem, & multarum nauium capacem, cui adiacet sinus, ad Isthmum huius promontorij situs, qui non solum piscibus abundat, sed & auibus aquatilibus diues est, vt non quotidiano tantum vsui, sed & cæteris rebus hominum, quas delicatorum requirunt dilitię, satisfaciatur. Non procul item ab vrbe locus est, admodum amœnus, Pagiopolis dictus, vbi sal conficitur. Vrbs aquam potabilem non habet; sed eam fons quidam in eadem insula suppeditat, Cardachus nomine, hinc eam nauiculis & cymbis, in vrbs conuehunt. Venetis hæc vrbs ab anno M. CCC. LXXXII. cum tota insula, obedit. Quæ in ambitu CCC. in longum, XL. Italica milliaria colligit, olei ac ceri ferax, frumenti non tantam copiam præstat.

# CANDIA.



Conuentu minoris

# LA CITA DE CORPHV



Castell Vieho.

Castell Nouo.

LA CITADELA

EL BAZARO

EL CANALE



HIER SOULY MA

Relation of the ...  
... ..



HIER SOULY  
MA ... ..  
... ..  
... ..  
... ..

# HIEROSOLYMA



**H**IEROSOLYMA, vetustissima & celeberrima totius Orientis ciuitas, sita in medio Iudææ, atque ad eam totius orbis climate, instar centri seu vmbilici, loco montibus facile omnium altissimo, interiectis tamen vallibus, campisque: fontibus etiam & hortis longè iucundissimo atque fertillissimo: Quæ munitionibus, ædificijs, frequentia incolarum, & omni gloria nulli vnquam vrbi cessit, legibus & cærimonijs, ab ipso Deo datis, celeberrima: Apparitionibus autem, signis, prophetijs, Dei respõsibus, & felici omnium rerum successu, tum verò præcipuè manifesta Filij Dei Domini nostri Iesu Christi in carne præsentia, doctrina, miraculis, passione, morte, sepultura, resurrectione, ascensione in cælos, missione Spiritus sancti, & legatione, atque prædicatione Apostolorum felicissima. At ob Principum atque populi ingratitude: peccata & idolatramaniam aliquoties miserimè destructa, tandem verò, iuxta Dei decretum, iusto iudicio euerfa, prorsus diruta, & solo æquata. Ob pulchritudinem autem, miramque iucunditatem à Ieremia in lamentationibus, capite secundo, Vrbs perfecti decoris, & vniuersæ gaudium terræ, A Daniele autem ipsa gloria & decus, siue desiderabilis & inelytus locus, vnà cum circumiacente Iudæa, nuncupatur, capite octauo & vndecimo. Iosippus ait, hortos in pomaria Ciuitatem, præsertim à Septentrionali parte, itinere tredecim milliariis, sicut ipsum Domini Paradisum, circundidisse. De cuius Vrbs tota potione Strabo libro decimo sexto scribens: Locum, inquit, esse petrosam, aqua abundantem: circumstantem verò regionem sterilem ac siccam, & intra sexaginta stadia petrosam: Eius modi & munitione fuisse, nempe petrosam & bene septem, interius aqua abundantem, exterius omninò siccam, fossam in lapide excisam, quadraginta pedum profunditate, latitudine verò ducentorū & quinquaginta. Plinius quoque eam clarissimam totius Orientis Vrbsm fuisse asserit. Tacitus autem sic de ea, libro vigesimo primo, bellicè Iudaici, scriptum reliquit: Vrbsm arduam situ, opera moleque firmauerant, quis vel plana fatis munirentur: Nam duos colles in immensum editos claudabant muri in centenos quaque atollebantur, mira specie & procul intuentibus pares: Alia intus mœnia regie circumiecta conspicuoque fastigio Antonia in honorem Antonij ab Herode appellata. Templum in modum Arcis proprijsq; muri labore & opere ante alios: ipse porticus, quis Templū ambiebatur, egregium propugnaculū. Fons perennis aque, cauati sub terra montes, & piscinæ, cisternæq; seruandis imbribus. Idem Tacitus refert, vltimæ obsidionis initio, omnis ætatis sexusq; ducenta millia hominum in Vrbe fuisse. Aristæas ite, quo libello Philocrati fratri suâ profectioe ad Eleazarum, Iudæorū Pontificè, pro adducendis Septuaginta duobus Legis diuinæ in Græcâ linguâ Translatoribus, exponit, Ierosolyam, vt quidem ipse tum singula Vrbs loca accuratè perlustrauerat, in hunc describit modum. Sequens narratio, iter nostrū ad Eleazarū continebit: sed primum tibi totius regionis situm declarabo: Postquam ergo peruenimus in loca illa, cernebamus Ciuitatem in medio regionis sitam super montem editum & subarduū, in huius summo erat extructum Templum, cum insigni ornatu, circum quod erant tres muri, altitudine supra septuaginta cubitos, & tum latitudine pro tali altitudine, tum longitudine pro structura & mole ædificij. Atque hæc omnia erant ex ædificata perquam magnificè cum sumptus ex omni parte excellentia: Conspicua etiam erat expensarum magnificentia in Portas & compages partium earum inferiorum, & in munitionem superliminariam. Velum item appensum erat, ad similitudinem ianuarum formatum, quod spectaculum quoddam iucundissimum, & quo nunquam facile fatiari posses, præbebat: & quidem ideo præcipuè, quia à vento subintrante perpetuò mouebatur, & quidem sinuatione ab imo vsque ad summum, ob ventum à pavimento subintrantem. Altare etiam extructum erat appositè, & ad locū illum, & hostias, quæ ibi igne consumerentur. Quæ verò parte erat ascensus ad illud, ea per quam decenter exornata erat, & pulchrè accommodata ad ministeria sacra, & habitum Sacerdotum ad talos vsque indutorum tunicis ex bysso. Templum autem spectat ad ortum, posterioribus eius ad occasum tendentibus: & pavimento totum est lapide constratum, tractusque habet aquæ immittendæ ad loca certa, quæ immittitur ad ablucendum sanguinem hostiarum: quia in solennibus festis multa millia iumentorum offeruntur. Sacerdotes verò ministeria peragentes, omninò virium robore præstât, cum summa ornatus ac silentij reuerentia: Nam omnes spontè intenti sunt laboribus, licet valdè molestis. Ac suæ cuique demandatæ partes sunt curæ, sine ministerij intermissione: alij enim ligna, alij oleum, alij similia, alij aromata in ministerio suo curant: Alij integras hostiarum carnes comburunt, vtentes in hoc magna virium & intentione & dexteritate: Apprehensa enim vtriusque manus vitulorum crura, quæ singula ferè talenti pondus habent, per vices vtraque manu sursum porriciunt mira industria, in altitudinem fatis magnam, nec in ijs excipiendis errant. Simili modo porriciunt etiam ouium crura, necnon & caprarum, quæ mirificè & pondere & pinguedine excellunt. Nam quod iam dictum est, ita peragitur, vt ad id, à certis, quibus hoc curæ est, per omnia feligitur, quæ & labæ reprehensionis omni vacent, & pinguedine excellant. Ad quietem autem habent locum certum, vbi quiescentes recumbunt: atque inde vsi quiete, alacres & prompti excitantur, nemine ipsis ministerij officia imperante, tantumque vbiq; est silentium, vt peres in loco illo nullum prorsus esse hominem, cum interim & Sacerdotum ministrantium sint circiter septuaginta, & eorum, qui hostias adducant, valdè magnus numerus, ita omnia cum reuerentia, & vt conuenit magnæ diuinitati, peraguntur. Hinc verò magnus nos subibat stupor, cum aspexissemus Eleazarum sacra tractentem, & ornatum illum eius, & dignitatis reuerentiam, emergentem ex tunica induta, & lapidibus in ea preciosis: nam aurea tintinnabula ad pedes vsque ornatus eius dependent, quæ singula harmonia edunt sonum suum, inter quæ singula suntonica mala & floribus varijs & colore mirato decorata. Zona autem cinctus erat valdè decente, & varijs ac pulcherrimis coloribus per texta. Supra pectus gestabat quod Rationica vocant, in quo implexi & auro allegati erant duodecim lapides generum diuersorum, qui splendentes specie inenarrabili natui & proprii coloris, inscripta habebant nomina Principum cuiusque tribus, iuxta priscam & ab initio institutam ordinationem. Supra caput habebat tegumentum, quod Cidarim vocant, & supra hanc inimitabilis artificij mitram, ornamentum à Regibus consecratum. Hinc supra laminam auream, nomen Dei sacris Litteris scriptum, cum ornatu & decore summæ reuerentiæ per frontem ad supercilia vsque protenditur. Ipse verò Eleazarus in tractatione sacrorum, videbatur his omnibus dignus esse. Hinc, vt omnia cognosceremus, in adiacente Ciuitatis Arcem ascendentes eam perlustrabamus. Hæc sita in editissimo loco, munita est turribus ad summum vsq; longis lapidibus extructis, ad illorum, quæ circum Templum erant, locorum, vt colligebamus, custodiam: vt si quæ insidia, aut qui tumultus, aut hostium insultus existeret, ne quis posset aditum nancisci in illa circum Templum munimenta. Nam in turribus Arcis erant acuta iacula, & varia bellica instrumenta: locusque iste erat in vertice montis, & supereminens inter alia munimenta. Præterea turres custodiebantur à fide dignissimis, & patriæ multis argumentis declaratis viris, qui non habeant facultatem egrediendi ex Arcæ, præterquam festis diebus, idque per partes & vices: neque sinebant ingredi quenquam: & à Præside iussi admittere aliquem contemplandi gratia, valdè accuratè eum obseruabant, quod etiam tum, cum nos adessemus, eueniebat. Nam ægrè nos duos & inermes admittebant, ad perlustrandas res sacras: dicebant enim sibi sub fide commissam hanc curam: omnesque adductos ad hoc iuramento, quod sanctè hanc rem, vt esset sibi præscripta, curare vellent. Et hinc cum sint numero quingenti, nunquammittere simul plures, quàm quinq;e. Hocque ita esse cautum & prospectum ab illo, qui primus hanc præmunionem extruxerat. Ciuitatis verò amplitudo est mediocritate quadam temperata, quæ, quantum colligere potuimus, in circuitu quadraginta stadia habet. Turres eius subius videntur esse peruia, supra verò transitus vsitatos habent, & sunt ad formam theatralēm dispositæ: nam quia Ciuitas in monte est sita, sunt reflexæ, & in se inuicem pronæ. Ad illos transitus sunt etiam parati ascensus graduum editiores, vt alij in sublimi, alij subius incederent. quæ distinctio præcipuè facta est ob sanctos & religioni deditos viros, vt neminem attingerent, quem non liceat. Non temerè autem illi primi conditores Ciuitatem hanc conuenienti amplitudinis dimensione condiderunt: sed sapienti hoc consilio fecerunt. Nam regio est ampla & bona, versus quidem Samaritanos, quæ attingit Idumæos, magna ex parte est campestris: in nonnullis etiam alijs locis est montosa, consista passim arboribus oliuarum, & ferax omnis generis frumenti, & leguminum: adhuc vineis & mellificio abundat, palmæ verò & alia frugifera arbores sunt innumerabiles apud ipsos: item iumenta & pecora omnis generis multa, & pauca vberissima. Præterea, immensa copia aromatum, lapidum preciosiorū & auri importatur eò per Arabes: Nam regio & ad cultum, & ad negotiationem est idonea, & Ciuitas abundat artificibus, nec deest ei quicquam eorum, quæ mari aduehi solent, cum habeat portus opportunos, qui abundè suppeditent res, & Ascalonæ & Ioppæ, & Iazæ, similiter etiam Ptolemæidis. Iam in medio istorum locorum est sita, nec ab illis multum distat, sed ipsa omnia per se abundè habet, cum sit & irrigua vndique regio, & ad magnam securitatem munita. Exposui ita strictim tibi, frater Philocrates, quæ de his commemoranda fuerunt. Hæcenus Aristæas Græcus. Ad extremum ex Iosepho quoque, his, pauca quædam subiicere libet, qui libro de Bello sexto, cap. 6. sic ait: Ciuitas trino muro circumdata erat, nisi qua vallibus inuis cingebatur, ex ea namque parte vnus muri habebat ambitum, & ipsa quidem (initio) super duos colles Sionem & Acræm, erat condita, contrarijs frontibus semet ipsi deficientes, interueniente valle Tyropæia discretos. Contra Acræm tertius collis erat (Moriah dictus) valle Cedronè ab Acræ diuisus, in quo Templum & Antonia fuere constructa. Foris autem ciuitatis hi colles profundis vallibus cingebantur, & à tribus lateribus, obstantibus vsque quaque rupibus, adiri non poterant. Quin & quartus collis incolebatur, cui nomen est Bezetha, situs quidem ex aduerso Templi atque Antonia in Septentrionali plaga, fossis autem altissimis separatus. Idem Historicus lib. 1. contra Apionem: Hecærus Abdzrita, qui cum Ptolemæo Lagi commoratus, refert: Nos Ciuitatem ipsam Ierosolyam, ædificatam & maximam olim inhabitare, & virorum multitudine copiosam, necnon & Templi constructionem his describit verbis: Sunt autem Iudæorum, & alie quidem multæ munitiones per prouinciâ atque vicis: Vna verò Ciuitas munitissima, habens præcipuè circuitum quinquaginta stadiorum, in qua commorantur hominum circa centum & vigintr millia, nomine Ierosolya. Est autem in media Ciuitate lapidea quadruporticus, longitudine 500. pedum, & latitudine 100. cubitorum, habens etiam duplices ianuas, in qua Ara est quadranguli figuratone composita, ex lapidibus non dolatis, sed collectis, vnus quodque latus viginti cubitorum latitudinem habens, altitudinem verò decem, & circa eam maxima fabrica, vbi Altare est constitutum, & Candelabrum, vtrique aurea, duorum talentorum pondus habentia, & inextinguibile lumen noctibus & diebus. Simulacrum verò aut aliquod Anathema ibi nequaquam est, nec vlla plantatio, nullus ibi veluti Lucas, aut aliquid huiusmodi. Habitant autem in eo & noctibus & diebus Sacerdotes, quasdam purificationes agentes, & omninò vinum non bibentes in Templo. Eodem libro Iosephus paulò post adducit Agatharchidem Historicum, qui ita de Iudæis & eorum Vrbe scribat: Qui vocantur Iudæi, habitant omniū munitissimam Ciuitatem, quam vocare Ierosolyam prouinciales solent: hi vacare consueverunt septima die, & neq; arma portare in prædictis diebus, neq; terræ culturam contingere, neque aliterius cuiuspiam curam habere patiuntur, sed in Templis extendes manus adorare vsque ad vesperam soliti sunt. De varijs autem vastationibus, & vitio vrbis excidio, Iosephus cum alias passim, post sacras literas, tum verò summam lib. 7. Bellorum, cap. 15. hoc modo edidit: Ierosolya capta est secundo anno principatus Vespasiani. Septembris mensis 8. die. Quinque autem prius capta, tunc iterum vastata est. Ægyptiorum quidem Rex Asochus, & post eum Antiochus, deinde Pompeius, & post hos cum Herodem Sotius captam vrbem seruauere. Antea verò rex Babyloniorum eapotiùs excidit, post annos, ex quo ædificata est, mille trecentos sexaginta, & mensis octo, & dies sex. Primus autem conditor eius fuerat Chananæorum Dynasta, qui patria lingua Iustus appellatus est: erat quippe talis. Chananæorum quidem populo rex Iudæorum Dauid pulso, colendam suo populo tradidit, & quadringentesimo, sexagesimo quarto anno post, ac mensibus tribus, à Babylonijs euerfa est. A Rege autem Dauide, qui primus Iudæus in ea regnavit, vsque ad id, quod Tytus fecit, excidium, anni mille & centum septuaginta nouem. Ex quo primum autem condita est, vsque ad excidium, anni duo millia, centum septuaginta septem. Sed enim neque antiquitas, neque ingentes diuitiz, neque per totum orbem terra diffusa fama, nec magna religionis gloria, quicquam iuuat, quò minus periret. Hæc ille. Ipse Hieronymus in Hieremiam cap. 19. scribit Iudæorum ciuitatem in æternos cineres collapsam esse, cuius ruinae ad consummationem vsque seculi permansuræ sint. Sane post temporata Vespasiani, quibus vrbis illa excisa & euerfa iacuit annis propè quinquaginta, Adrianus Imp. sic eam rursus instaurauit, vt non veterem vrbem instaurare, sed planè nouam extruere intelligeretur. Ita que & nomen ipsum mutauit, ac pro Hierosolya Æliam Capitolinam dici voluit: Atque ita quidem appellatur, & ab Vlpiano in Pand. Tit. de censibus, & ab ipsis Patribus Nicenis in Canonibus eius Sydoni. Alioqui verò Tertullianus quoque duobus locis, hoc est, in lib. contra Iudæos, & lib. 3. contra Marc. exclamat: Sion iam nulla est.

Ezechielis. v.  
Hæc est Ierusalem, Ego eam in medio Gentium  
posui, et in eius circuitu terras.



HIEROSOLYMA VRBS SANC  
TA, IVDEAE, TOTIVSQUE  
ORIENTIS LONGE CLARIS  
SIMA, QVA AMPLITVDINE AC  
MAGNIFICENTIA HOC NOS  
TRO ÆVO CONSPICVA EST.



- |    |                             |    |                                |    |                                |
|----|-----------------------------|----|--------------------------------|----|--------------------------------|
| 1  | Ager Acheldamaab            | 17 | Hic Christus flagellatus fuit  | 35 | Hic Riasis terra discretus est |
| 2  | Domus mali confisij         | 18 | Probatica piscina              | 36 | Fons Regij                     |
| 3  | Nativitas Sibe              | 19 | Vallis Josephat                | 37 | Monte Olivetij                 |
| 4  | Cornaculum                  | 20 | Lasarus                        | 38 | Monte Sion                     |
| 5  | Turris David                | 21 | Hic S. Stephanus est lapidatus | 39 | Cimiterium Abaglanorum.        |
| 6  | Via que dicitur in Bethleem | 22 | Hic loci Christus crucis       | 40 | Vbi B. Maria nata.             |
| 7  | Domus Capiti                | 23 | Domus dicitur epulonis         | 41 | S. Stephani.                   |
| 8  | Hic B. Maria nutrita est    | 24 | Domus Pilati                   | 42 | Porta Damascena.               |
| 9  | Sepulchrum V. Marij         | 25 | Domus Herodis                  | 43 | Porta Soppensis.               |
| 10 | Locus, ubi David sepit an:  | 26 | Palatium equitum peregrinorum. | 44 | Porta Judaica.                 |
| 11 | Domus Anne. p. uisus Plalm  | 27 | S. Veronica                    | 45 | Turris S. Iosaphat.            |
| 12 | Torrens Cedron              | 28 | Locus decollationis S. Ioannis | 46 | Hic se fugi confiterunt Apst.  |
| 13 | Porta aurea                 | 29 | Gastrum Pisanorum. Baptistæ    | 47 | Domus S. Marij Magd.           |
| 14 | Templum Salomonis           | 30 | Locus in quo Petrus amare fle  | 48 | Alaquee.                       |
| 15 | Sepulchrum Domini           | 31 | S. Marthæ.                     |    |                                |
| 16 | Locus Caluarie              | 32 | Arcus Pilati.                  |    |                                |



DAMASCUS

THE  
OF THE  
OF THE





# DAMASCVS.



**D**AMASCVS, vrbs est Syriae primaria, & totius Asiae vetustissima, quam Abrahamae seruos prima fundatione construxisse, sacrae testantur literae, magna in valle, situ est plano, sed agro caepetri ac sterili, nisi quatenus aqua irrigatur, fistulis atque cuniculis subducta, cuius humore solum redditur fertile, & confectionibus aptum. montibus omni ex parte cingitur, distans ab Hierosolyma ciuitate sancta per Syriae alpes pedestri, vel equestri itinere quinque dierum. A mari Mediterraneo autem LXX. miliaribus Italicis. Magna & laxissima suburbia, quemadmodum Lutetiae Parisiorum, habet. Porta laminis ferreis, sicuti Cayri, & pellibus capreis sunt obducta. Plateae admodum angustae & indirectae. Domus intus elegantes, multiplici marmore, & imprimis ophiace nitent, foris autem structurae sunt minus venusta atque deformi.

Vrbs ipsa opulenta, frequenti populo habitatur. praestat hoc ipsi frumenti, annonae, & omnium necessariorum rerum grata abundantia, quae mulis, camelis, dromedarijs, & equis per asperrimos montes eò deuehuntur. Neque enim vehiculorum, rhedarum, aut bigarum, aliquis, ad eam adeundam, ob itineris difficultatem, vsus esse potest. A Mauris tantum atria, quam albi coloris, Turcis, Iudaeis, Graecis & Christianis promiscue inhabitatur. Arcem habet praecellenti structurae à porphyretico lapide eleganter perfectam, turribus quatuor, muris ac propugnaculis munitissimam, quam Florentinus quidam priuatus impensarum sumptibus construxisse dicitur, cui mira quaedam fortuna, huius vrbs administrationem pepererat. Scribunt etenim, Sangiaco Sultano, seu Gubernatori Syriae quandoque propinatum esse venenum, cui Florentinus quidam, qui tum agebat Damasci, accurata medendi ratione antidotum praebens, charissimus capropter Sultano fuit, inter Mamaluchos annumeratus, & Damascena hac vrbe donatus est. Muris non adeo altis, & vallo cingitur, in quo moros arbores colunt, quarum folia bombicibus alendis deseruiunt. sunt etenim hic plurimae officinae, in quibus subtilissima & tenuissima harum vermium tela primum à semine ferreis & praecutis instrumentis primum mundant, tum in fila contorquent, & demum superbissimam ex ea vestium materiam mundè texunt, quo maximo splendore, & incredibili luxu matronae, & omnes passim mulieres Damascenae vtuntur. In ipsa arce vrbs Sultanus agit, quem Sangiacum, quod nobis Gubernatorem, aut locum tenentem sonat, vulgari ipsorum idiomate vocant. Maxima est in hac vrbe lympidissimorum fontium & aquae viuae commoditas, partim ex vicinis montibus, partim ex fluuio Damascum secante, & ex monte Libano, non ex Iordane, vt multi, inquit Bellonius, decepti, qui vulgò Chriforoas, scaturiente, vt pauci, tam in vrbe, quam in suburbio inueniantur, qui in aedibus proprijs & hortis fontes ex pulcherrimis marmoreis lapillis artificiosè fabricatos non habeant, arboribus, fruticibus, herbis, & omnis generis plantulis rigandis vtilis & necessarios, qui ipsis vsui & delectamento sunt. Scatet enim ager Damascenus omnifariam fructibus, vti vis, ficibus, amygdalis, oliuis magnis, & malis punicis maioribus, quam in tota Europa alibi inueniantur, caparibus, & prunis praeter omnibus Asiae & Europae selectissimis, quae Damascena vulgò vocantur, tantoperè inter alia à Dioscoride, Galeno, & Graecis commendata, quae tam gustu, quam forma nostratibus sunt dissimilia, & maiore pretio, quam nostra hispanica, veneunt. Iberica aut Remensia, nucleum habent latum, & compressum: Iberica autem, & alia in Europa rotundum. Magnus etiam ibidem est prouentus alimentorum humano generi ad vitam necessariorum, tam carniuum quadrupedum, quam volatiliuum, vt pullorum & perdicum, corpore & plumis nostris similia. sunt & pisces fluuiatiles copiosi, ova, & lactinia, inter quae Melca & oxigala, Damascenis, vt & omnibus Turcis, in summis delirijs. Sunt in vrbe complura & elegantissima delubra, Muscheas appellant, sed quod caeteris praestat, id constructum est instar Basilicae D. Petri Romanae, nisi, quod in eius meditullio, nulli sunt imbrices, vel tecta, sed patescit, vt sit sub diuo. in eo complures sunt elegantissimi, & lympidissimi fontes. circum delubrum verò ipsum, omnia sunt concamerata. Illic peculiari cultu, summoque honore sanctissimi prophetae Zachariae, vt verum corpus obseruant. Primo ab vrbe lapide, locum videre licet, vbi ferunt Salvatorem nostrum D. Paulum increpuisse, primam in Christianos persecutionem moliètem, his verbis: Saule, Saule, quid me persequeris? eo loci nunc Christianorum sepultura est, & Ecclesia. Ex altera parte vrbs, ad orientem, vno ferè miliari Italicis, Ecclesia visitur, vbi Cain germanum fratrem suum Abelem nefarie occidit. Locus quoque, in quo primi homines formati sunt, iuxta hanc urbem, sacrae Scripturae, & Theologorum testimonio esse putatur. Summa est animorum in tota Syria & orientali imperio pax atque tranquillitas, & maior, quam in vniuersa Europa, concordia. nullae etenim sunt ob fortunae bona lites, & nulli proinde Aduocati, Procuratores, aut caussarum sollicitatores, quia debitores non sint vlli, aut creditores. omnia prompta & parata transiguntur pecunia, cuius inter omnes nationes sitientissimi sunt Turcae atque Iudaei, quorum non minor est Damasci, quam Cayri, & Constantinopoli frequentia. Et separatim omnes peculiarè plateam incolunt, quae ab ipsis Iudaica dicitur, quemadmodum Auinione in Gallia, & Francofurti ad Moenum in Germania. Aliae autem nationes, vt Armeni & Graeci, viuunt, & negociantur passim cum Damascenis. Medicam hinc autem exercentes sunt ferè omnes Iudaei, qui simul chirurgi & simplicistae, medicamenta sua, Graecorum & Arabum more, ipsi componunt, quia in vniuerso orientali imperio nulli pharmacopolae inueniuntur, sed quemadmo-

dum tempore Galeni Romae, simplicium tantum professores & studiosi. Quibus omnino nihil, nisi restituta prius aegro sanitate, offertur, magno tamen in honore, tam praesentis, quam imminētis necessitatis causa, habentur.



Hoc loci, Cam  
germanum suum Abelen  
trucidasse creditur.

Sepultura Chris-  
tianorum

Templum S. Georgij

Prefecti Syriæ domus

Ecclesia S.  
Pauli

Navigabilis fluvius  
pudissima aqua nobilit, orbem  
Damascenam irrigans.

Ecclesia Ma. gra. Damasci


Hic D. Paulus capti  
satus perhibetur.

Domus Soldani orbis.

Locus in quo  
Christus D. Paulum Ec-  
clesiam suam persequentem ca-  
pit. Act. 9. 4. 9.

DAMASCUS, urbs  
nobilissima ad Libanum  
montem, Totius Syriæ  
Metropolis.





# ALEXANDRIA.



**A**LLEXANDRIA, Aegypti magna & illustris ciuitas, quam Strabo lib. 14. Geographiae urbem potentem & populofam nominat, ante salutem Iesu Christi aduentum XX. supra CCC. ab Alexandro Macedone, Iustino attestante, condita & cognominata, omnium Alexandriarum, quarum in historijs passim plures quam XVII. (vt Eustathius perhibet) enumerantur, maxima & opulentissima, Alexandri opus, nomen, & bustum. Emporium est totius Aegypti vetustissimum, loco ad mercimonia oportuno, situm, ad litus nimirum nostri maris, iuxta Canobicum Nili ostium in Aphricam vergens, vrbs olim opulentissima atq; magnifica, superbissimis aedificijs tam publicis, quam priuatis ornata. Quam ob cultum diuinum isthic florentem, plebisq; sanctimoniam, non infrequenter paradysum domini veteres nuncupant, sicut & Antiochia Theopolim, quam Augustus Caesar, post deuictum Antonium, Alexandriam veniens & fundatoris corpus reuerenter aspiciens, triplici de causa se conseruasse, palam est fassus, ob Alexandri memoriam, pulchritudinem vrbs, & propter Arrium philosophum, qui in Vniuersitate Alexandrina Professor, magno apud Augustum in honore fuit. Sed temporum iniuria, bellorum, & domesticarum seditionum violata furoribus, a pristina dignitate, plurimum amisit. De qua Ioannes Leo, Rerum Africanarum lib. 8. hunc in modum scribit: Alexandria, inquit, ampla Aegypti ciuitas, ab Alexandro magno non absq; consilio nobiliu & peritorum Architectoru, pulcherrimo loco ac situ in extremitate maris Mediterranei condita, distat a Nilo Occidentem versus quadraginta passuum millibus, quam edificioru structura & munitione nobilitate extitisse, donec in Mahumetanoru potestatem venit, plurimoru authoru testimonio constat: exinde multoru annorum spatio collapsa, vetusta celebritas intercidit, quod nullus ferè vel Graeciae vel Europae mercatoru in ea mercimoniu exerceat, velut inculca remansit. Verum astutus quidam Mahumetanorum pontifex ex Mahumetis Vaticanio amplissimas indulgentias concessas rudi populo confinxit, ijs qui ciuitate incolerent, vel certis diebus praesidio firmarent, quiq; elemosynam in publicu vsu conferrent: quo stratagemate breui tempore ciuitatem exteris hominibus vndiquaque conuenientibus oppleuit: quibus plurimae domus ad ciuitatis moenia extructae sunt, multaq; studioforum collegia, & monasteria, in gratiam peregrinorum isthic religionis ergo confluentium. Sita est forma quadrangulari. Portae sunt quatuor: prima, quae orientem spectat, ad Nilum constructa, altera quae meridiem ad lacu Buchiara, tertia versus Barcae solitudinem ad Occidentem, quarta ad mare Mediterraneu, vbi est portus: cui adstant exploratores & ministri telonij, qui exactissimè viatores ad ipsas vsque vestes perscrutantur: quandoquidem non pro mercibus saltem, verum pro nummis quoq; quippiam in singulum centenarium vectigalis loco perfoluitur. Sunt & aliae duae iuxta moenia portae, ab inuicem ambulacro, munitissimaeque arce distinctae, quae ad ripam portus Marfael vulgo Borgi nuncupati, hoc est, turris portus, sita est. In hunc se nobiliores ac celebriores naues recipiunt, cuiusmodi sunt Venetorum, Genuensium, Epidaurensium, caeteraq; Europaeorum naues. Eo namque Belgae, Angli, Cantabri, Lusitani, omnisque generis Europae homines mercaturae gratia nauigare solent: verum maiori frequentia visuntur Appuliae, Siciliae & Graeciae, hoc est, Turcicae nauigia, quae in hunc se recipiunt portum, a piratarum incursionibus, & aurae intemperie tutiorem. Est & alius portus quem Marfa Esil Sela vocant, hoc est, catene portum, in quo Barbariae naues, veluti Tunetanorum & Geluensium stationem habent. Ad hos autem portus Eustathio Thessalonicense afferente, nauibus angustus est aditus, quare Plinius lib. 5. Hist. cap. 31. fallacibus eum vadis adiri scribit. nam faxis sub mare latentibus reclusis interrumpitur cursus, sinistram vero eiusdem latus manu fabricatis veluti tibijs obstruendum est, dextero autem Pharus insula est opposita, nauigantibus propter nauigandi difficultatem praelucens, deinde circum Insulam magni extructi sunt muri, in quos irrupentes incolae, asperam reddunt viam, & periculosum per angustias transitum. In interiore autem parte portus ipse securus est. Christiani circiter decimam pro mercibus, quas vel inuehant, vel euehant, persoluerere coguntur: Mahumetani vicissimam: tamen quicquid terrestri itinere Alcairam defertur, nullum pendit vectigal. Haec est nostra tempestate ciuitatis pars celebrior, vt pote Alcaira vicina, ad quam omnis generis mercibus refertissima, negotiatores ex toto orbe conueniunt: reliquis partibus ciuitatis expertis, incolisque destituta. Nam excepto vico longissimo, quo ab Orientali porta ad Occidentem itur, eaque ciuitatis portione, iuxta maritimam portam mercatoru tabernis referta, atq; Christianis inhabitata, reliquum vacuum est & euastatum. Quod per ea tempora accidit, cum Ludouico eius nominis quarto Gallorum rege a Sultano in libertatem restituto, Cypri rex classe partim Veneta, partim Gallica instructus, ex improviso Alexandriae adortus, magna hominum edita strage, cepisset ac depopulatus esset. Verum Sultano adueniente, qui magnum exercitum recuperandae Alexandriae gratia conserpserat, Cypri de tuitione desperantes, domibus incendio absumptis discessere. Sultanus moenia, vt potuit, restaurauit: arceq; ad portu aedificata paulatim in eum, quem videmus statum reduxit. Alexandriae mons spectatur altissimus ad similitudinem testacei, qui Romae visitur, in quo, tametsi habeat situm naturalem, antiquissima vasa testacea reperiuntur. In montis fastigio turricula extructa est, in qua perpetuo agit nauiu aduentantium explorator, cui de singulis nauibus, quaru telonij ministros admonuerit, certum praemiu assignatur: & si forte fortuna, dum vel dormit, vel vsq; in ambulat, nauis appulerit, cuius publica nos prius certiores non fecerit, duplum luit: quae multa ad Sultani fiscu refertur. Cuiq; ferè ciuitatis domui, ingens cisterna concamerata, crassisq; innitens columnis & fornicibus substructa est: in quos exundans Nilus, per aquae ductu in planicie, magno artificio extra Alexandriam constructum, deductus sub eius moenibus demittitur. Cisterna porro successu temporis turbida ac crenosa redditae, plurimis, aestiuo tempore languoribus occasionem praebet, vnde ob acrem ciuitatis insectu incolae facie pallida sunt & cadauerosa. Quod ad agri fertilitatem spectat, ciuitas in medio arenacei deserti condita, hortis caret ac vitibus, solum habens semini capiendo incommodum. Frumentum a quadraginta passuum millibus inuehitur. Iuxta aquaeductum tamen per quem Nilus in ciuitatem transmittitur, exigui visuntur horti, sed quorum fructus ad maturitatem peruenti ac colas noxijs febribus, alijsq; morbis afficiunt. Cappariibus tamen, Tamariscis, & Harmala, quae est Rutae species, abundant, & Anthilli item herba, quam Arabes Kali, ex qua, quemadmodum & ex ea, quam Galli Soule nuncupant, quatuor vberimos sentiunt. Ex ea siquidem cineres pellucidis conflandis vitris idoneos conficiunt, quos mercatoribus Venetis, Muranam insulam incolentibus, diuendunt. Sexto fere ab Alexandria militari ad Occidentem inter vetusta aedificia columnam visitur spectandae altitudinis & crassitudinis, quam Arabes Hemeduslaoar, hoc est, arborum columnam, vocitant. De hac fabula recensetur, quaedam ex Ptolomaeis Alexandriae regibus, columnam in portus extremitate construui iussisse, qua ciuitate ab hostium incursionibus tutam, ac proinde inexpugnabilem redderet, atq; in eius fastigio ingens ex Chalibe speculum apposuisse, cuius abdita virtute quotquot reiecto speculo iuxta columnam praerueherentur, naues euertigio mirabiliter conflagraret: sed a Mahumetanis vastato speculo eius quoq; virtute euauisse, atq; illinc asportatam extitisse. Ridicula profecto narratio, & quae infantibus persuaderi debeat. Sunt & hodie inter antiquos Alexandriae habitatores, plurimi Christiani, quos lacobitas vocant, mechanici omnes & mercatores: qui propria habent Ecclesiam, in qua D. Marci Euangelistae corpus olim requeiuit, Venetis clam sublatum, & Venetias importatum. Hic Alexandriae autem ingens adhuc lapis, forma rotunda conspicitur, quem sanctus Marcus sanguine suo ob Christi confessionem profuso tinxisse dicitur. Iacobitae porro Alcairi Principi tributum pendunt. Neq; praetermittendum videtur, in medio Alexandriae rudem aedulam instar sacelli constructam adhuc superesse, insigni sepulchro, magno a Mahumetanis honore affecto honorabilem, quo Alexandri magni corpus summi Prophetae ac Regis, velut in Alacorano legunt, asseruari contendunt. Concurrit autem eo ingens peregrinorum vulgus a longinquis etiam regionibus colendi ac reuerendi sepulchri gratia, cui quoque magnas frequentes largiatur elemosynas. Columnae hec binae peringentes, ex Porphyretico marmore perfectae, rubei coloris, incredibilis spissitudinis videntur: in ipso intercolumnio D. Catharina (quam Simeon Metaphrastes, Graecus auctor, Ecatherinam nuncupat) praenobilis & eruditissima virgo, capite truncata dicitur. Visitur & magnifica illa columna LX. cubitorum altitudine, nobili lapide sculpta, aduersus Pompeium excelso montis Promontorio constituta, ex quo in Mediterraneum mare ad multa miliaria visus facili negotio panditur. Celeberrima Christiananarum phana hec quondam fuerit, nec non peraugusta Christianorum Basilica: Altera ad S. Sabbam Christo consecratorum sepultura dicata: Altera D. Gregorio sacra. Ad maris litus iuxta urbem non sine summa extororum admiratione, baiulos & operarios videre licet Aegyptios, qui onera, mercedis gratia quocunq; deferunt, quorum sex tantum centenas onustas mercibus naues, vnico die exinanire, vel tres eorum modò, centum equos aut mulos, dimidiatae horae tempore, mercium vecturis onerare possunt, tanta sunt agilitate & celeritate corporum. Quemadmodum porro Basileasain, Lundini in Anglia, atque Antuerpiae vetus, noua, Anglorum, & in ciuitate adaucta siue noua, Hanseatici foederis Borsae, atq; Lugduni Galliae, Olisipone ite in Lusitania Campores sunt, atq; mersarij: ita in vrbe haec Alexandrina amplissimus mercatoribus locus definitus videtur, in quo frequentissimo numero, negotioru tractandoru causa mercatores quotidie conueniunt. Eo omnis generis merces deferuntur, veluti rara ac pretiosissimi generis aromata, tam simplicia, quam composita medicamenta, gemmae Orientales, pretiosi lapides, liquores gratissimum spirantes odorem, auri purissimi, argenti, aliorumq; metallorum varia supellex. Conspiciuntur ibidem varia animantium genera, veluti Tygrides, Cinettae, sub vomica in ventre Mercurij ferentes Capreoli, Simia & Cenocephali maximi, ad risum hominibus concitandum mira industria informati, dum humanos gestus admodum accurate imitantur, mercedem etiã huius rei gratia exigentes habent & animalia, domestica inuisula terra, nec alijs que habebant praesidijs, conseruari potuerint, nisi ipsis tandem ope atque auxilio clarissimi viri D. Doctoris Bartholomaei Syluani, Illustrissimi D. Cardinalis Christophori Madrutij Medici, Matheoli, scorpionum oleo subuentum fuisset. Sed nunc ad ipsam Alexandriam urbem reuertimur, quae Vniuersitatem omnium artium liberalium scholam illustrem habuit. Quas Baptista Egnatius in Aelij Spartiano, Adriano Imperatore fuisse recenset. Musaeum Serapium, & Iseum, a Musis Serapi & Iside denominatas. In Musaeo sacerdotum praefecti, & bonarum artium iudiciale & lucos, Strabo lib. 17. Geogr. Peripateticae autem sectae Philosophi peculiarem scholam habuisse videtur. Nam Eusebius lib. 7. cap. 31. Et Nicephorus lib. 6. cap. 36. referunt, quod Anatolium Episcopum Laodiceum, propter incredibilem omnium artium cognitionem Alexandri scholam Aristotelicam instituisse & gubernare voluerint. Marcus tandem, fidelis Iesu Christi Euangelista, a quo fidei religionisque Christianae prima elementa Alexandri coeperunt, Ecclesiasticam scholam instituit, cui delectissimi semper viri praefuerunt. Pantenus ille, qui vt equus quidam Troianus, optimos Ecclesiae palmites produxit. Deinde Origenes, quem ibi talem se vidisse testatur Porphyrius, qui arcem totius Philosophiae conscendisset, vbi praeter aureum orationis flumen, & doctissimas praedicationes varia in scripturam sacram commentaria edidit, quae apud Nicephorum lib. 5. cap. 15. recensentur. Cum vero Origenes Palaestinam proficisceretur, Heraclam successorem reliquit, cui tandem Dionysius, Anthenodoros, Malchion, Didymus, Athanasius, Theophilus & caeteri successerunt. Quae B. Hieronymus, Basilium Magnum, Gregorium Theologum, & praestantissimos viros erudit. Floruit & hic scriptis Philo Iudaeus Florentissimam quoque Iudaei Alexandriae Synagogam habebant. Quantum ibi etiam Mathematicarum artium studia floruerint, ex M. Tullij Ciceronis lib. 1. de Diuinatione patet. Qui inquit, Aegyptij in camporum patentium & quorundam habitantes, cum nihil ex terra emerent, quod caeli contemplationi officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Inuentum vero à teneris in Mathematicis disciplinis exercebat, vt Socrates in Busiri author est. De magnifica, & omnium disciplinarum libris instructissima Alexandrina Bibliotheca, quam Aristoteles primus instituit, teste Strabone lib. Geogr. 13 non est, quod nunc plura commemorem, praeter id solum, quod Ptolemaeus Rex cum ex Graecia passim, maximè ab Atheniensibus & Rodijs, vt scribit Athenus lib. 1. e. 2. eam Bibliothecam mirifice auxisset, Eleazar Pontifici, Iudaeis, & Doctoribus Hierosolymitanis scriptis, vt Prophetarum libros, & qui de Deo ac mundi creatione tractarent, ad hunc librorum thesaurum amice transmitterent. Epistolae exemplar apud Epiphanium est lib. de ponderibus & mensuris, apud Eusebium libro 8. de preparatione Euangelica cap. 1. Iosephum libro 12. Antiquitatum Iudaicarum cap. 2. Eos vero libros sermone Aegyptijs incognito conscriptos, cum Rex Ptolemaeus vidisset, Theauri, inquit, absconditi, & fontes obfignati, quae est utilitas in vtrisque. Itaque Eleazar rescribens petiit viros probos ac seniores, legis & Graecae linguae peritos sex ab vnaquaque tribu eligeret, & Alexandriam transmitteret, qui sacros hos libros in Graecum sermonem conuerterent. Cui quidem petitioni Eleazar annuens, venerandos senio viros horum librorum versioni praefecit, quos Ptolemaeus perbenigne excipiens, aliquot ab Alexandria vrbe stadijs in insula Pharos singulis peculiarem aedulam, qua separatim sacram legem interpretarentur, extrui curauit. Quos in ea vertenda, non eandem modo sententiam, sed eadem etiam verba, non sine peculiari spiritus sancti gratia obseruasse, Iosephus lib. 12. Antiquitatum cap. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, Eusebius lib. 5. Historiae Ecclesiasticae cap. 8. Nicephorus lib. 4. cap. 14. D. August. lib. 2. de Doct. Christiana cap. 15. grauissimi auctores, & fidelissimi historiographi testantur. Harum autem aedularum ruinas & vestigia quaedam Iulianus Philosophus & Martyr, se vidisse scribit.

Lacus Meotis seu Mareotis aque dulcis ampliss: et admodum  
pisculentus, distans ab orbe medio miliari italico.

ALEXANDRIA, vetustissimum & gratissimum  
emporium, Amplissima  
civitas, ab Alexandro magno condita, maris  
et propugnaculis ea  
forma, qua heic depicta videtur, ante  
ccc. xx. constructa fuit, magnifica olim, et  
nunc quoque bene-  
munita conspicitur, sed intra nomina raris  
et ruderib. plena. Magni-  
tudinē Lutetie Parisiorum respondet.

Nils in per canales orbem transiens, puteos ac cisternas  
repleta dim exundat. Alexandriam usui toto anno servavit.

Columna Pompei in pro-  
a Casare erecta, in vasis  
et spissitudinis ex lapide. In  
ab obelisci in civitate  
confecta.



MEDITERRANEO MARE





TUNES.



**TUNES**, vrbis Africae vetustissima, Straboni atque Polybio memorabilis, Arabibus Tunus, antiquioribus, Tharsis appellata, principio angustissimum opp. fuit, ab Afris ad lacum quendam exstructum, quod à mari Mediterraneo circiter duodecim distabat milliaria. Delecta verò Carthaginæ cum ædificijs, tum & incolis mirum in modum augeri cœpit, & tum pumo Abu, Zachariæ Regis Tunetensis filius, Marrocci regis iugo excusso, regiam Tuneti aulam instituere cœpit, sub quo Principe, ad Leonis vsque Afris tempora, adeo Tunetensis excreuit respublica, vt totius Africae opulentissima sit appellata. Huius filius quum post obitum patris ad regnum peruenisset, amplissimis vicis suburbium locupletauit. Vnum quendam ad portam Bebel Suuica ædificauit, qui trecentas fere numerabat familias: Alterum ad portam Bebel Manera extruxit, qui plus minus mille familiarum fuit capax. Frequentissima in vtroque est artificum multitudo, in posteriori omnes Tuneti Christiani habitant, qui in regis custodiam electi sunt: adiuuctus est ab eo tempore & tertius quidam vicus ad Maritimam portam Bebel Bacchar dictam, quæ à sinu in dimidio tantum abest milliario. Huc se Genuenses, Veneti, reliquique omnes mercatores Christiani conferunt, habentque sua extra Maurorum tumultum hospitia secretiora. Est autem hic vicus tantæ amplitudinis, vt tam Christianorum, quàm Maurorum familias trecentas numeret: domus autem humiles sunt, atque aliquantulum ætiores. Huius ciuitatis domus, cum iis, quæ in suburbij sunt addita, numerum attingunt decies fere millesimum. Ornatisimum hoc oppidum atque incolis frequentissimum, singulis habet artibus suam assignatum locum. Infinitus propemodum hic est telæ textorum numerus: tela autem subtilissima per totam Africam distrahitur, maximoque venditur. Est huius oppidi fœminis mirus quidam nendi modus: eminentiori enim quodam loco sedentes, aut in superiori domus parte, fufum, aut per fenestram, aut per foramen quoddam tabulati, in subiectam demittunt contignationem, adeo, vt fusi pondus filum maxime æquale atque politum reddat. Habent autem telæ mercatores complures hic officinas, atque pro ditissimis totius Tuneti habentur ciuibus: non hic aromatariorum, non sartorum, omniumque denique exercitorum maximam desiderabis copiam: innumeri hic laniones in macello frequentissimo, qui ouillas carnes vt plurimum venales habent, idque Veris atque æstatis præsertim tempore. reperitur & hic omnis generis infinitus propemodum artificum numerus, quorum enumeratio, non tam proluxa, quàm tædiofa esset. Ingenium omnibus est liberale: vestitus mercatoribus, sacerdotibus, ac doctoribus, satis est decorus. Dulipanum in capite gerunt, quod prolixo admodum linteo tegitur: dulipanum quoque aulici omnes atque milites gerunt, verum non eodem modo linteo textum. Diuitum non admodum copiosus est numerus, idque fortasse propter frumenti, omniumque adeo frugum summam caritatem: non enim illis licet agrum vel minimo interuallo ab vrbe situm, colere: propter crebras Arabum incursiones. Frumentum illis ex alijs aduehitur regionibus atque ciuitatibus, quales sunt vrbes Beggia, & Bona. Huius oppidi ciues nonnulli agros in suburbio, muris cinctos habent, vbi non nihil hordei atque frumenti serunt, solum tamen adeo est aridum, vt frequentissima egeat irrigatione: quare & singulis est suus puteus, vnde aquam rota quadam, quàm mulus aut camelus agit, exhauriunt, atque ductibus quibusdam, ad id paratis, totam irrigant agri superficiem. nunc mihi quæso suppura, quantum frumenti ex tantillo campo muris incluso, summoque artificio irrigato colligi possit. panem pinsunt optimum, fursure tamen seruato, vna cum frumento, massam pistillis quibusdam pinsunt, quibus in contundendo lino Aegyptij vti solent. Mercatores & reliqui fere ciues pulte quadam vilissima, ex hordei farina in massam propemodum reducta, vescuntur, huic aut oleum, aut malorum citreorum ius infundunt, pulterem vulgò, Besis, appellant. Est hic locus quidam, vbi nihil aliud, quàm hordeum huic puli paratum, venale reperias: vescuntur & alio quodam non admodum honestiori cibo: farinæ massam aqua optimè coctam, alio quodâ in va'e pistillo agunt, atque oleo, aut carni iure madidam porius vorant, quàm edunt: cibum hunc, Besur, vocant: vescuntur quidem ditiores cibis aliquantulo delicatioribus. Nulla illis est mola (nisi fortasse ad riuum quendam, non procul ab vrbe situm) quæ non aut mulo, aut asino agatur: nullus hic fons, nullum flumen, nullusve puteus est: aquam omnes pluuialem è cisternis quibusdam petunt, nisi quod in suburbio puteus est, vnde aquam farsam exhauriunt, atque baulis quibusdam in urbem venalem conuehant. salubriorem enim, potuique commodiorem putant, quàm pluuialem. Est quidam puteus, qui aliquantulo tolerabiliorem præbet aquam, verum ea principi, eiusque aulicis seruatur. Est in hoc oppido amplissimum quoddam templum, sacerdotum numero, atque annuis prouentibus opulentissimum. Reperiuntur & alia, vbi que templa, sed quæ non adeo amplam habent prouentuum copiam: non hic collegia desunt, neque ad illorum ritum extructa monasteria, quæ omnia communi ciuium fouentur elemosyna. Reperiuntur in hac vrbe nonnulli, quos insanire planè dixeris: hi lapides semper circumferunt, nudis pedibus, apertoque capite incedunt, atque à populo ceu eximia sanctitatis viri, venerantur. Adde, quòd Tuneti rex cuidam ex his monasterium extruxit, eique cum omnibus affinis amplissimam legauit prouentuum copiam, Sidi el Dahij, vocabant. Domus omnes sic satis ornatae, lapidibus elegantissimis, multoque musæaco elegantissimæ. Miro quodam artificio gypsum incidunt, coloribusque elegantissimis depingunt. Est enim hic lignorum maxima inopia, in quibus egregij quiddam insculpi possent. Cubicularum solum lapidibus quibusdam perlucidis, atque elegantissimis sternitur: suntque omnes fere domus vnus duntaxat contignationis: his autem singulis fere duæ sunt portæ, quarum prior plateam respicit, posterior in culinam reliquamque domus partem ducit. Solent autem atrium inter vtramque portam elegantissimum exornare, vbi cum amicis confabulari possint. Balnea hic multò commodiora, quàm Fessæ reperias, quamquam non tam ampla atque sumptuosa. in suburbij frequentissimi atque amœnissimi sunt horti, qui fructum etsi non magna copia, præstantissimum tamen producant: satis bona hic malorum citreorum, rosarum, omnis generis florum prouenit copia, eo præsertim loco, qui Bardo illic appellatur, vbi regium visitur pallatium, hortis vndique amœnissimis cinctum. Habet quoque hæc ciuitas ab omni parte in quarto aut quinto milliario campos oliuic copiosissimos, vnde tantum olei conficiunt, vt non ciuitati solum satis sit, verum & ad Aegyptum quoque bonam mittat quantitatem: ligna autem ex oliuis decisa, igni committere solent, indeque carbones conficere: neque puto vsquam maiorem esse lignorum inopiam. Nonnullarum feminarum inopia frequentissimè in causa est, quo minus integram seruent castitatem. ornatae quidem vestiuntur, domumque egressæ, ad Fessanarum morem, faciem tegunt: pannus enim latus frontem tegit, cui & alter quidam subiungitur, quem Setfari, appellant. Caput autem tam multis obuoluunt panniculis, vt ea parte gigantum referant. Omnem fere substantiam, omnemque adeo curam perfumis atque huiusmodi delictijs infumunt. Est autem apud hos cibis quidam sumptuosissimus, qui illis vulgò Lhasis, vocatur, cuius qui vnciam vnâ sumpsit, perinde atque si ebrius esset, ridere, iocari, atque ineptire incipit: maximeque ad libidinem prouocatur.

APHRODISIVM, VVLGO AFRICA.



**APHRODISIVM**, quod vulgò Africam, Mauri Mahadiam appellant, in ea Africae ora positum est, quæ in Tunetense regnum abiit. qua aditum habet à Terra dicta fronte inter Septentriones & Austrum, ad ducentos passus patet, reliqua mare alluit. Eius verò spatij pars, quæ ad aditum pertinet, duplici muro, & altissima fossa, inter vtramque perducta, & turrium altitudine munita, difficiliter habet oppugnationem. Hinc Aphrodisium ipsum paulatim latum fit, mareque ab vtroque latere, veluti in sinum, ad eas vsque turris admittit, quæ in occasum solis spectant. Deinde latius factum, rursus ad orientem solem contrahitur, in tenuemque cuspidem desinens, linguæ speciem refert. A mari autem, quamquam simplici muro, ne ea quidem crassitudine, quæ à continenti cingitur, tamen èo propius accedete, perdifficile est: propterea, quod mare est illic vadofum, & breuibus pleoim. Murus & crassitudine, quam habet, & turrium multitudine, & quod frequentissimis fibulis reuinctus distinctur, præcipuè à terra, firmissimus est. Nam qui interior est, in latitudine pedum quindecim, qui verò, p fossa est, quinque patet. Porta, qua ad oppidum est ingressus, altissimis turribus & operis varietate, & firmitate est sane quàm admirabilis, tot sunt in ea inextricabiles anfractus, tot gyri, tot arcuati flexus, suis quisque partibus vtrinque muniti. Post quos testudo quædam fornicato opere, longa pedes septuaginta ingredienti excipit, adeo angusta & obicura, vt omnium mentes animosque perturberet, & quasi cum aliquo numine terreat, speciemque potius æcerni specus, quàm ingressus ad oppidum præ se ferat. Quo siebat, vt Mauri maiestate oppidi, & religione adducti, crederent nulla vi ipsam expugnari posse. Intus, qua ad septentrionem vergit, monticulus nascitur, passus circiter à muro sexcentos: abestque qua in austrum spectat, à nauili & cothone centu, qui & amplitudine, & operis magnitudine, longè alios antecellit. Nam præterquam quod muro continetur, turris quoque in loco positus est, multo capax fieri potest: aditumque ita per angustum habet, vt singulas turremes, sublati etiam remis, faucibus, veluti canali quodam, intro egrè admittat: eoque amplius qui iniqua se recipere, ibique porta præclusa, quæ aggerè & turribus est munita, tranquille hyemare possint. Fuit hoc oppidum sub imperio Tunetensium, doæe pulso Huzan: Cheluo, qui Areadem Anobartum summa necessitudine attingebat, quique prodicione quorundam ipsum occuparat, se in libertatem vindicauit. Quam vrbis & multitudine hominum, diu retinere potuisset, nisi eam Dorgutes, Turca pirata insignis, oppidanorum aliquot perfidia adiutus, eripuisset. Is à Meninge illa Lotophagerum, quam Gelues hodie vocant, soluens, quæ insula in minore Syrti, ponte ad promontorium Zetham continenti coniungitur, Aphrodisium venit, præmissis eo consilio pedestribus Turcarum copijs, vt simul atque ipse à mari oppidum se velle adoriri simularet, concurrentibus eo oppidanis, illi itatum à terra, ex insidijs irrumperent, ipsumque caperent: nec forruua comprobato hominis consilio, euentui defuit. Capto Aphrodisio, Dorgutes se Dynaitam appellari iubet: Africæ, Mauritaniaque oram occupare, imperium protendere, ex Neapoli Siciliaque prædas agere, animum intendit: creuisset præter modum vrbibus, nisi eodem anno, quo oppidum captum est, qui fuit quingentesimus quinquagesimus supra millesimum, ab Hispanis fuisset repressus.


PENNON DE VELES.

**Antiquissimum** est oppidum in litore maris Mediterranei constructum, ab Hispanis Velles de Gumenera, siue etiam Pennon de Veles, appellatum. familias numerat plus sexcentas. Non desunt Historiographi, qui ab Africanis, alij à Gothijs, ædificatū fuisse scribant, quo modocunq; se res habeat, adhuc incertum est. Inter duos visenda altitudinis montes sitū est: non procul vallis est amplissima, in qua aqua pluuialis amnè format. Est autem huius oppidi medio forū quoddā, in quo frequentissime sunt officina: visitur & hic templum augustū: magna est hic aqua potabilis caritas, omnibus enim ad vnū eundemque puteum confugiendū est, qui in suburbij iuxta sepulchrū cuiusdā est, qui quondam, apud illos, maximi fuit nominis. Verum non vsq; adeo turū est, noctu illinc aquam petere: est enim in eo magna sanguifugarum copia. Ciues in duas diuisi sunt partes: horū enim nonnulli piscatores, alij piratæ sunt, qui Christianis non parua quotidie adferunt molestiam. maxima reperitur in montibus illis arborū abundantia, quæ nauibus atque trirētibz fabricandis aptissima sunt: & qui montes incolunt, nihil aliud fere operis exercent, quàm à quod ligna huc atque illuc conuehant. minimum apud illos frumenti prouenit: quare panem fere hordeaceum conficiunt: vescuntur autem obsonij loco, pisciculis quibusdam (sardelli Itali vocant) alijsque id generis piscibus: est enim tanta illis piscium copia, vt vnus retia extrahendo non sufficiat, quare qui piscatores ea in reiuuare volunt, pro officio, piscatoribus exhibitō, bonam piscium copiam recipiunt, quin & obuijs quoque multum piscium dono dare solent: pisces autem saltos ad vicinas mittere solent regiones. Est longa in hoc oppido iudæis platea, in qua & œnopolas nonnullos reperies: vinum autem ceu nectar quoddam bibunt. Solent & vesperi vinum in scaphis secum conferre, atque sic bibendo atque cantando per flumen spatari. Est in hoc oppido elegantissimum quoddam castrum, verum non admodum munitum, in quo se oppidi præfectus continere solet: non procul hinc pallatium est regium, cui adiunctus est hortus amœnissimus: ad maris littus nauale quoddam est, vbi trirēmes, aliæque naues, præfecti sumptibus fabricantur, quibus illi Christianos maximis soleat afficere incommodis, propterea, quòd Hispaniarum rex Ferdinandus insulam quandam armis sibi occupauit, quæ huic ciuitati ad vnū milliari ex opposito sita est, in qua propugnaculum quoddam in scopulo exstructum, bombardis atque militibus muniuit, ita vt nec templa iam dicti oppidi tuta erant, nec etiam homines, qui per plateas incedebant, quin maxima illorum pars quotidie bombardarū ictibus interficeretur: hinc factum est, quòd vrbis præfectus auxilium à Rege Fessæ petiuit, qui ingentem contra Christianos misit exercitum, verum Fessani infelici omine dimicauerunt, partim enim capti, partim interfecti sunt. perpauci qui fuga suæ contulerant salutem, faucij Fessans redierunt. Seruarunt igitur Christiani hanc insulam duos fere annos, deinde cuiusdam Hispani perfidia, qui insulæ præfectum, propter sibi ademptam vxorem, interfecerat, in Maurorum redacta fuit de ditionem, Christiani omnes trucidati, illorum nemo à cæde exceptus, præter proditorum Hispanum, qui propter egregium hoc facinus, magna accepit à Bedis præfecto, atque à rege Fessæ præmia. Huius rei historiam, cum essem Neapoli, fortè à quodam audiui, qui his omnibus interfuerat, dicebatque hæc acta fuisse anno à Christo nato millesimo quingentesimo vicesimo. Nunc autem insula hæc accuratissime à militibus Fessans seruatur, nullum enim propinquorem portum, in Mediterraneo Fessans habet, quamquam centum & vngenti distat milliaria. Solent Venetorum trirēmes hanc insulam quotannis, aut alternis annis inuisere, atque eum illius loci incolis, mercium permutationem facere, aut interdum quoque presenti vendere pecunia: deinde merces ex hac insula collectas, Tunetum, Venetias, ad Alexandriam, aut etiam ad Barutum deuehant. Hæc Ioannes Leo Africanus.

TUNES, OPPIDVM Barbaricæ Regni sedes: Anno 1535. cum à Carolo V. Imp. expugnaretur, à Joanne Maïo eius Maies facis pù fore ad suum delimitatum.







# TUNETIS VRBIS NOBILISSIMAE

## TOTIVS APHRICAE, QVAE LYBIAE REGIA EST, ET CARTHAGINI

*propinqua, duarum item eius arcium, nouae videlicet, cui Gabriel Serbillonius Mediolanensis, & Guletae, cui Petrus Carrera Hispanus, vterque nomine Philippi Regis, praesertim, à Turcis & Mauris mense Iulio & Augusto, Anno Christi*

*M.D.LXXIII. terra marique contra Christianos Sinano Bassa exercitus Imperatore, & Occhiale classis duce, vndiq; magna vi & fortiter obsessarum, defenjarumq; descriptio.*



**T**UNES, ampla & peruetusta ea in Africæ parte ciuitas, quam Barbariam appellant, post Romani imperij inclinationem, in Saracenorum potestatem deueniens, proprio rege ornata fuit, qui tum ob longam & diurnam imperij vetustatem, tum ob eximiam stirpis claritudinem, ceteros Africæ Reges, Telesinum, Fessanum, & Marochanum auctoritate præcelluit. nam ab hoc sacra & iura omnia alij petebant. Eius regnum atque imperium DCCC. millibus passuum, ab occasu ad orientem extendebatur. Cui cum Muleasses Hazenius Rex præesset, is fratrem maiorem natu, Maimonem, cui iure primogenituræ regnum debebatur, idq; post mortem patris affectare videbatur, in carcerem coniecit, Roscetem fratrem regno expulit, qui cum frustra conaretur redire, Algeriam ad Barbarossam confugit, vt ipsius ope ac viribus, ad paternum regnum admitteretur: sed ab eo Constantinopolim, ad Solymanum Thraciæ Regem deuectus, cathenis, compedibusque vinctus, in Asia relinquitur. Barbarossa interim, homo callidus, & longo rerum vsu cultus, Roscetis restituendi prætextu, Tunetem inuadit, Muleassem regno eijcit, qui fuga salutem quærens, apud Docarum Regulū latuit, & tandem Caroli V. Augusti, qui eo tempore in Hispania erat, opem implorat. Cuius quidem petitiones non esse auersandas putauit Imperator prudentissimus, remque ipsam arbitrabatur exposcere, vt feri ac barbari tyranni, Christianorum hostis immanissimi frangeretur potentia. Fama siquidem erat, Barbarossam validissima barbarorum collecta classe, nō modò, vt superiore anno fecisset, Italica littora prædaturum, sed etiam proxima æstate traiecturum in Siciliam, cum ingenti Turcarum, Afrorumq; multitudine, vt Neapolitano potiretur imperio. Quod ne fieret, quàm celerrimè præcauendum esse putauit inuictissimus Cæsar. Itaque triremes naualibus educi, Hispanorum, & Germanorum cohortes conuocari, & omnes Barcinone, quod oppidum est citerioris Hispaniæ nobile, conuenire iubet, quibus alij complures Italiæ Principes triremes suas, milite, commeatu, & machinis bellicis instructissimas, adiungunt. Composita itaq; fortissima nauium classe, habitoq; delectu, Carolus Imperator Barcinone, Anno Christi, M.D. XXXVII. Mensis Iulij XXV. die, qui D. Iacobo, tutelari Hispanorum Diuo sacer erat, nauem conscendit, & per mediterraneum mare, ad Guletam, arcem munitissimam, classe peruenit, quam adhibitis machinis, summa militum alacritate ac studio, pulso, fugatoq; Barbarossa, expugnat, captoque per deditioem Tunete, vniuerso regno potitur. Mustafa, miles strenuus, quem Barbarossa discedens vrbs defensionem præfecerat, Imperatoris se potestati fideiq; permittit: Muleassem Hazenium, in regnum restituit, Guletam tantum arcem cum maximam, tum munitissimam, præsidio imposito, sibi retinuit. Binos ad venationem falcones, & binos Numidiæ pennices equos, & Guletano, præsidio Hispanico stipendij persolutionem, tributum nomine, quotannis Muleassi imposuit. In ea expeditione Carolus Cæsar 2000. Christianorum millia in vinculis captiuos libertati restituit, pridie D. Ioannis Baptistæ natali. In Neapolim rediens, maxima temperantia ab eo regno abstinuit, quod opulentissimum in Africa est, & ad res in ea prouincia gerendas, opportunissimum. Cæterum Muleasses, tanti beneficii memor, ad Turcarum tyrannum deficiens, vniuersum regnum proditioe Solymano restituit, quod ab eo tempore, vsque ad annum Christi M.D. LXXIII. proprijs regibus administratum fuit. Quoad D. Ioannes Austriacus ex Sociali, cum Pontifice & Venetis bello, & nauali cum Turcis conflictu in Epiro ad Echinadas victor rediens, Tunetem expugnat, profligatis ac cæsis barbaris, vniuerso regno potitur. Castro nouo, duce & auspice Gabriele Serbillonio Mediolanensi, ordinis S. Ioannis in Vngaria Priore, ad arcis Anuerpianæ imitationem ac formam, Tunetem munit, cui eundem fundatorem, Guletæ verè fortissimum virum Petrum Carreram Hispanum, nomine Philippi Regis, præesse iussit. Id ægrè ferens Turcarum Tyrannus, Hispanici Regni incrementum formidans, incredibili Turcarum & Maurorum exercitu, & classe instructissima, in Guletam & nouam arcem expeditionem parat. D. Ioannes Austriacus, classis Hispanicæ, cui præerat, imbecillitate perspecta, classem Turcicam, quam Occhiales ductabat, magna diligentia mare obseruans, ne aliquid obsidione cinctis, subsidij adferri posset, adgredi, neque cum ipsa decertare, potuit. Triginta siquidem tantum triremes habebat, quarum V. & XX. in Hispania rebus necessarijs & milite erant instructæ, reliquas, vt Italiæ Dynastæ pararent, petijt, eosq; monet, ne hoc tempore Reipub. Christianæ desint, certoq; se confidere ait, si ipsi huic classi succurrant, tantum ei virium adfuturum, quantum ad Occhialis dissipandum potentiam sit satis: præterea perpenderent, quantum Hispaniarum Regis, & Christianæ Reipub. interesset, arces, Guletam ac nouam, totumq; regnum defendere. Itaque ad triremium instructionem, cunctis hæresum & scelerum causa vinctis, ex carceribus dimissis, & nauibus impositis, delictorum impunitas, bonorum, fama que restitutio est promissa, si vel vnica earum, Guletam attigisset. Genuenses, Florentini, Neapolitani proceres, vt Regiam classem suis augerent triremibus, & in eam expeditionem sumptus conuerterent, vix sine graui ipsorum exitio fieri posse, responderunt, ne, si quid aduersi accideret, classe ipsi ac milite destituti, prædæ Barbaro forent. Itaque Turcarum tyrannus, dum auxiliares copias terra mariq; excludit, LX. machinis bellicis duplici ordine collocatis, arcium muros, sine intermissione verberat, propugnacula & mœnia deijcit, Mensiq; Quintili & Sextili, M.D. LXXIV. terra mariq; Sinano Bassa exercitus Imperatore, & Occhiale classis duce, vtramque arcem expugnat, Christianos omnes, XIII. tantum exceptis, qui vincti Constantinopolim sunt missi, trucidauit: ciuitatis Tunetis, & nouæ arcis muris, solo æquatis, fortissimam arcem, portus multarum nauium capacis formâ construxit, ibiq; perpetuam belli sedem, arcem regni, caputque constituit, ad Hispaniam, Italiam, cæteras, que insulas, infestandas.



TVNETIS VRBS, AC NOVAE EIVS ARCIS, ET GVLETAE, QVAE PHILIPPO HISPAN: REGI PARENT VII A TVRCIS, ET MAYRIS, SELIMO, THRACIAE REGE, ANNO CHRISTI, MD. LXXIV. MENSE IVLIO, ET AVGVSTO, FIXIS CASTRIS OP: PVGNABAN TVR, EFFIGIES.

OBSESI PHILIPPO, HISP: REGI: ADSPICIS INFESTAS, ACIES INIMICAQ' CASTRA: HAS MANET EXITIVM, MAGNE PHILIPPE SVVM, ADGREDERE, EXSCINDES, TRVCVLENTI CORNVA TVRCOR: ADICIES SCEPTRIS, PVNICA REGNA TVRIS. EIA, TRIVMHALES PASCIT TIBI LAVRVS HONORES, SERVATVR TITVLIS, BARBARVS HESPERIIS. HORRIBILES IACTET VIRE, VIRTUTE VALEMVS, VINCIMVS HVNC ANIMIS, VINCIMVS INGENIO. EAC TAMEN, HAS ARCES CAPIAT: MOX VINDICE CHRISTI COGETVR CELERI, NON DARE TERGA FVGAE? MACTE IGITVR, BELGAS TIBI IVNGITO FOEDERE PACIS, HAC SOCIA, TVRCAS FVNDERE MARTE POTES.





## ALGERIA



ALGERIA, Algira, siue, vt D. Ioannes Paciecus in postrema eius vrbs pictura & enarratione, Algerium, vel, vt Antholius Sequanus in Caroli V. Immortalitate, Argyria, celeberrimi nominis Saracenorum in Africa vrbs, vulgari, & vsitata Afris appellatione Geseir, idē atq; nobis insula, sonat, inde desumptum nomen putant, quōd Insulis Maioricæ, Minoricæ, atq; Geuisæ adiaceat: hanc vrbs nos Algiram vocamus. conditores habuit Afros, qui ex familia Mefgana originem traxerant, quare & apud antiquos Mefgana fuit appellata. Spaciosissima est ciuitas, numeratq; familiarum quatuor ferē millia: muris elegantissimis atque munitissimis cincta. Aedificia hīc visuntur artificiosa atq; sumptuosissima. Habet quælibet ars suum ad hoc designatum locum. Hospitiorum, balneorum, atq; templorum, mira hic est elegantia, atque inter cetera templum visitur ornatissimum atq; amplissimum, in maris littore positum. Habet autem ea in parte, qua mare respicit, amœnissimum deambulacrum, eius ciuitatis muro superinstructum, qui maris fluctibus alluitur. Innumeri in suburbio reperiuntur horti, omnibus fructuum generibus amœnissimi. In parte orientali præterfluit flumen quoddam, quod molas frequentissimas agit: ex hoc etiam aquam potationi atque rei culinariæ aptissimam, exhauriunt. Elegantissimas habet planicies, quarum præcipuam, Metegia vocant, patet in longum quadraginta quinque, in latum verò, triginta ferē milliaria, estq; hæc omnis generis frugibus feracissima. Per multos annos Telenfinorum imperio paruit, verū cum iam Bugiæ suum quoque Regem esse intellexerunt, quoniam huic viciniore erat, in huius deditiōe sese coniecerunt. Videbant enim, Telenfini regem non posse magnoperè ab hostium iniuria seruare. Bugiæ autem Regem, maximas posse inferre molestias, quare censum annum huic vel vltro obtulerunt, remanserunt tamen ab omni ferē exactiōe liberi. Post aliquot deinde annos, huius vrbs incolæ, compositis sibi triremibus, piratas agentes, cœperunt iam dictas insulas mirum in modum infestare. Quare Rex Ferdinandus ingentem classem adornauit, qua se facilè hanc vrbs occupaturum putauit. In scopulo quodam altissimo huic oppido ex aduerso posito, arcem quandam munitissimam construxit, neque longius ab vrbe distabat, quam vt bombardarum icu, eò facilè pertingi posset, etsi nulla tamen in parte ciuitatis muris nocere possent. Quare statim Legati in Hispaniam missi sunt, qui decem annorum inducias peterent, ea lege, vt singulis annis certum numerarent tributum, quod eis ab Ferdinando concessum fuit. Remanserunt igitur per aliquot menses à belli sæuitia securi: tandē verò Barbarossa ad Bugiæ obsidionem properans, posteaquàm arcem quandam ab Hispanis ædificatam occupasset, mox etiam de altera recuperanda cogitauit, sperans fore, vt hac deuicta, minimo negotio totius Bugiæ regnum occuparet. Verum non omnia ei cesserunt ex animi sententia. quos enim secum adduxerat milites, maxima pars agrorum erant cultores. Hi simulatq; ferendi tempus instare viderunt, nullis etiam exhibitis libellis, principem deseruerunt, atque ad agriculturam redierunt. Idem etiam Turcarum permulti fecerunt, adeò, vt Barbarossa, re infecta, obsidionem soluere coactus sit. priusquam tamen inde discedere voluit, propria manu duodecim myoparones incendit, qui in flumine à Bugia in tertio tantum aberant milliari. Deinde cum quadraginta in Castrum Gelgel se recepit, quod à Bugia, sexaginta ferē distabat milliaria, vbi per aliquot remansit dies. Interea rege Ferdinando vita defuncto, Algiræ incolæ se à tributo liberarunt. videbant enim Barbarossam bello plurimum valere, atque Christianis hostem infestissimum esse. hunc igitur accersitum, totius exercitus ducem constituerunt, qui mox arcem oppugnare cœpit, sed parum, aut nihil profecit. Post hæc Barbarossa vrbs præfectum in quodum hypocausto clam interfecit. Hic Arabibus imperabat, qui in Mettegiæ planitiebus habitabāt, Selim Etteumi appellabant, ex stirpe Tehaliba originem traxerat, atque eodem tempore Argiræ præfectus creatus, cum Bugia ab Hispanis occuparetur: atq; iam per multos annos regnauerat, cum à Barbarossa interficeretur. Deinde Barbarossa huius ciuitatis sibi imperium vsurpauit, monetam cudit, fuitq; hoc primum Barbarossæ regnandi principium. Iam diētis omnibus rebus ipse tum temporis adfui, quo mihi Fessa, Tunetum iter erat, atque apud quendam hospitio receptus, qui legatus ab Algiræ populo ad Hispanias missus fuerat, vnde tria millia librorum, Arabica lingua descriptorum, contulerat. Deinde Bugiam profectus sum, vbi Barbarossam alteram illam arcem obsidentem reperi, postea Constantinam veni, atq; inde Tunetum. Interea Barbarossam Telenuni interfectum audiui, ac eius fratrem, Cairadin, in Argiri regnum successisse. Tum quoque Imperatorem Carolum duas mississe classes ad Argiram expugnandam intelleximus, primam in Argiræ planicie perijisse, alterā, postquā per tres dies continuos oppidum oppugnasset, partim interfectam, partim fluctibus & tempestate oppressam, partim à Barbarossa in deditiōem redactam, adeò, vt pauci admodum in Hispaniam redierint. Hæc à Christo nato, millesimo, quingentesimo, decimo tertio anno, acta sunt. Hactenus Ioannes Leo lib. 4. de rebus Africis.

Caroli autem V. classis, extremam illam calamitatem in Argiræ portu perpeffa est,  
Anno salutis, M. D XXXXI. Mensis Octobris  
die XXVIII.



In hoc monte, condita est *Caba*, filia Comitis Juliani Vice regis, per uniuersam Africam, Domini RodERICI Gothi Regis Hispaniarum, qui Cabam illam stuprauerat, ob quod uindictandam, Iulianus Pater, Maurorum praesidiis, cui uersam expugnauit Hispaniam.

SINVS SARGELYCVS

Castrum nouum septem late  
Pium  
nun cupatum.

Area lam iux  
ta Castrum

Hoc loci, milites aliquo profec  
turi conuocantur.

Portus minor sine  
Calleia.

Burgum nouum

Hic cabi  
adyficationem  
paratur.

Castrum nouum  
1560. perfectum.

Sepulchra Re  
rum

MARE

LYBYCVM MED

I TERRANEVM

- |   |  |    |  |    |   |
|---|--|----|--|----|---|
| A | Porta di Babazon, et Ponte sopra il fello  | T  | Moschea di Sidi Rabadan                        | 17 | Palazzo di Ali chibbi   |
| B | Porte tre di l'Arzene, et l'Arzene   | V  | Moschea di Sidi Bobadieu                       | 18 | Palazzo di Hayayabai  |
| C | P. della Città all' Arsenal, et un magazzino   | X  | Fontana grande, et altre fontane picole        | 19 | Palazzo di Alhamat  |
| D | P. due alla marina con un  | Y  | Piazza del Re                                  | 20 | Palazzo di Chibali  |
| E | P. de Babaluet con il Ponte leuador  | Z  | Piazza detta del Buturo                        | 21 | Palazzo nouo di yaya Arraze   |
| F | P. due per intrar dalla Città alla Alcasaba  | 1  | Piazza d' i Archibugieri, et del paese         | 22 | Palazzo di Xalache Arraze, Bassa al pite di Alfsandria                    |
| G | P. nuoua detta Babaxadit   | 2  | Il Rocho grande                                | 23 | Palazzo di Mami arraze corzo  |
| H | P. di fcorzo di dietro la Alcasaba   | 3  | Banchi   | 24 | Palazzo di cauallarino del Re, et cauallarina                             |
| I | Bahuardi dei noui della Alcasaba   | 4  | Sirada grande del zochi                        | 25 | Kozza doue si fa la moneta  |
| K | Bahuardi di Renegati di il suo seraglio di Geniseri  | 5  | Sirada larga                                   | 26 | Schola doue si legge la Setta Mahometana                                  |
| L | Bahuardi di Babazon, et casa de Soldati  | 6  | Sirada delli orfici                            | 27 | Trigione, o carcere   |
| M | Bahuardi di Cochaperi, et Casa de Gemmeri  | 7  | La Zereria                                     | 28 | Palazzo doue il Re alda la ruggion de i Leuenti<br>no e Soldati del Mare. |
| N | Bahuardi de lla Marina con molta Artigharia  | 8  | Calle d' i tentori                             | 29 | Bagni da lauarsi  |
| O | Bahuardi de Babuet, et Casa de Mocharren, cioe<br>Soldati probati in le arme               | 9  | Strada d' i spadari                            | 30 | Seraglio de Christiani  |
| P | Bahuardi nouo fatto da yaya Arraze   | 10 | Calle noua                                     | 31 | Seraglio, o bagno de malati   |
| Q | Moschea maggior detta il Giunna, doue concorre<br>tutto il popolo de mari                  | 11 | Giudicia maggior, ouero alit<br>Giudicia bassa | 32 | Seraglio, o bagno de la Baharda   |
| R | Moschea del Re, et di Tiorchi  | 12 | Giudicia de Babaluet                           | 33 | Seraglio, o bagno de li Leanti, et altri anemali                          |
| S | Moschea detta Xeyya doue habita Sidi Babaraze,<br>moralito maggior di Algier cioe Vescono. | 13 | Palazzo maggiore del Re                        | 34 | Seraglio, o bagno di Chibali  |
|   |  | 14 | Palazzo del Re alla Marina                     | 35 | Seraglio, o bagno di yulochi arraze                                       |
|   |  | 15 | Palazzo di Luchali, che e al pite              | 36 | Seraglio, o bagno de Mami arraze Napolitano                               |
|   |  | 16 |  |    |   |

- |    |  |
|----|--|
| 37 | La Donna, o uero dacio                                       |
| 38 | La Rabba, cio e fontego doue si uende il frumento            |
| 39 | Luoco doue si uende l'ogname                                 |
| 40 | Luoco doue si allogiano i Christiani per andar<br>a lauorare |
| 41 | Giardino sopra la porta di Babazon apresso<br>il muro        |
| 42 | Castello imperiale, o uero Burchio                           |
| 43 | Strada per andar a Oran, et a Tremoen                        |
| 44 | Montagna detta la Calcara, o de las caleras                  |
| 45 | Sepulchro del figliuolo di Sarphe                            |
| 46 | Muraglia semplice che diuide la Città<br>da la Alcasaba      |
| 47 | La Alcasaba fortessa d' Algier                               |

ALGERII sarace  
norum vrbis fortif  
limæ, in Numidia A  
frica Prouincia s Fructa,  
iuxta Balearicos fluctus Ma  
diterranei aequoris Hispani  
am contra, Othomanor Pri  
cipi imperio redacta, imago.



Caput Metelli

ALBERT  
LORD OF THE ISLANDS  
BY HIS OWN HAND  
AND THE SEAL OF HIS OFFICE  
IN WITNESS WHEREOF  
HE HAS SIGNED AND SEALED  
THIS INSTRUMENT  
AT ST. JAMES'S PALACE  
THIS 15th DAY OF APRIL  
1541



LIBRI II. DE PRAE CIPVIS,  
TOTIVS VNIVERSI, VRBI  
BVS, INDEX.

A.

57. AFRICA, quondā Aphrodisium, Africae, qua Tunetense respicit regnum, oppidum, situ, & Maurorum ope vsq; adeo munitum, vt extremam in eo spem reponerent, quod, cum à Carolo Caesare expugnatum viderent, & quo amisso, totam etiam provinciam armis subigendam crederent, ipsamq; tandem in Christianorum potestatem deventuram, constanter affirmarent, quod ita euenturum, multi Mauri, praecipue ij, qui ipsorum lingua, Alfachij, latina, sapientes appellantur, se ex fortibus, & vaticinationibus prenouisse testabantur. Quo factum est, vt complures captiui à Mahumeto desciscerent, atque eo magis, vt id facerent, adducti sunt, quod oppidum illud ab alijs frustra tentatum, accepissent. Nam, vt ceteros omittam, Alphonsus Aragonius Neapolitanorum clarissimus, & fortissimus rex, cū Tunetensium Principem ad Meningen prelio superatum, vinctigalem fecisset. Aphrodisiumq; obsidere statuisset, perspecto eius situ, de expugnatione desperavit, nauibusq;, quasibi extra cothonem deprehenderat, incensis, ne tentata quidem re, Neapolim se recepit. At Hispani milites, nullis auxilijs adiuti, nullis externis militibus, praeter ducentos Hierosolymitanos, ac totidem propè Græcos & Siculos, admissis, bellica virtute, Neapolim, Siciliam, Sardiniam, aliasq; maris cōclusi Christianorum insulas, & ciuitates maritimas liberās à Dorgute, immanissimo praedone, fecerunt: auspicijs Caroli Quinti Caesaris, Aphrodisium expugnauerunt, quod, vt olim barbarorum, sic nunc Christianae Reipub. munitissimum est propugnaculum.

56. ALEXANDRIAM, Ammianus lib. xxij. omnium ciuitatum in Aegypto verticem vocat, quam multa nobilitant, & magnificentia conditoris altissimi, & Architecti solertia Dinocratis. Inibi auræ salubriter spirantes, aër tranquillus & clemēs, atq; vt periculum docuit, per varias collectum ætates, nullo penè die incolentes hanc ciuitatem solem ferentem non vident. Hanc Alexander Macedo, ab Ammone rediens, condidit, & Coloniam Macedonum, caput esse Aegypti iussit. Hic musæum reges Ptolemæi constituerant, vbi Hadrianum Imperatorem aliquādo cum sophistis differuisse Spartianus scribit. Iuxta hanc urbē Cleopatra excogitauit turrim illam excelsam, quæ Pharos à loco ipso cognominatur, prælucendi nauibus nocturna suggerens ministeria, ne insidiosis accessibus littus nauigantes affligeret. Strabo li. 7. Softrati Gnidij opus fuisse scribit, apud quem Cheronesum Alexādræ castellum vocari quoque existimo, à Procopio, lib. 6. de ædificijs Iustiniani, Cheræum vocatum.

59. ALGERIA, oppidum in Africa celebre, propugnaculis validis & capaci portu memorabile, in quo dum Carolus V. expeditionem in ipsum oppidum parat, magno in periculo fuit. Ea siquidem expeditio, classe numerosa, peditatu & equitatu fortissimo, omnibusq; diurnæ obsidioni necessarijs rebus instructissima fuit. Quo etenim Caesar Augustus, potestatem & tyrannidem, foedissimi, ac barba-

ri hominis Barbarossæ, qua Reip. Christianæ plurimum detrimenti ac damni adferebat, reprimeret, triremes ex naualibus educit, Itolorum & Hispanorum, aliarumq; non ignauarū gentium cohortes, ex Hispania, Germania, Corsica, Sardinia, Sicilia, ex vrbe item Neapolitana, & Geneuēsi cōuocat, quos in triremibus, onerarijs etiam nauibus dispositos, feliciter ad Algerianam urbem perducit, & dum ad eam obsidendam se parat, horrenda ac seuisissima autumnum tempestate, fragore continuo celi, diuturnus permixtus imber, galeas, quasi torrente quodā perfudit, easq; repente, & ventorum, & spumantium vndarum impetus collidens, attriuit, plurimas absorpsit, com meatu, armis, aneisq; tormentis, Casareanos, submersis nauibus, destituit, vt magna tandem florentissimi exercitus pars & à Mauris extingueretur, & marinis fluctibus absorberetur. Inusitata tantæ tempestatis, qua triduo iactati fuerant, violentiâ, & inopinata clade, cū fractos militum animos Imperator videret, ipse vnus, leni blandoq; sermone, territas ipsorum mentes confirmans, rebus omnibus infectis, reliquā classem in Bugiam traduxit.

3. ALHAMA, Regni Granatensis in Hispania oppidum, soli bonitate, fontium, & calidarum aquarū præstantia, commendabile.

9. S. ANDERA, oppidū in Hispania Biscaiaë provinciae, ad oceanum Cantabricum, pro magnitudine haud contemnendum.

4. ANTEQUERAM, Hispanicum Granatensis regni oppidum, aeris, agriq; felicitas, fontium vberitas, salinæ, & montium lapicidina, tum etiam mirabile gypsi inuentum illustrant.

13. AVIGNON, summæ dignitatis Prouinciæ in Gallia vrbs, hodie, vt olim, negotiatione, situ, & ædificijs celeberrima, Rhodano, præcipuo Galliaë flumine, irrigua.

10. AVRELIA, florentissima Galliaë vrbs, loco admodum oportuno sita, diues, ciuibus armis exercitatis potens, munissima, non in Gallia modò, sed tota etiam Europa clarissima. De memorabili, post omnium hominum memoriam, obsidione eius, qua Carolo, sexto eius nominis, Rege, anno 1428. ab Angelis cincta fuit, & miraculosè ab Ioanna Lotharinga virgine belli duce liberata, vide benigne lector, integrum libellum, Ioannis Lodoici Micquelli ludimagistri Aurelianensis, ad Carolum Lotharingum Cardinalem. Res enim paucis heic, vti hic locus postulat, referri non potest. In eius rei perpetuam memoriam, octauo die Maij, quotannis totus vrbs magistratus, vniuersa plebs & omnes ecclesiasticorum ordines, generali processione gratulabundi obire ciuitatem consueuere. Reges hic quoq; aliquot inauguratos esse, quemadmodum Rhenis fieri solet, historia testantur. Carolus Nonus regni initio ibidem omnium regni ordinum comitia habuit. Episcopum etiam habet singularem, quem de suo nomine, Aurelianensem dicunt, non solum se dis antiquitate, sed etiam maiorum sanctitate in Gallicana Ecclesia celeberrimum. Concilia ibidem aliquot prouincialia celebrata Gregorius Turo-

† nen.



I N D E X.

nenfis ait. Childeberto Gallia Rege, fulgure cœli-  
tus tactam, totam ferè conflagrasse. Nostro tempo-  
rebello hoc ciuili miserum in modum iactata est.  
Ab Hugonotis prodicione capta aliquandiu, mul-  
tis in ea deformatis, & aliquot ecclesijs dirutis, in co-  
rū potestate mansit. Postea ab Rege recuperata est.  
Heic in obsidione, fortissimus belli dux, Franciscus  
Guyfius, à Ioanne Poltrotio globo tormentario tra-  
iectus, occubuit. Qui plura de ea desiderat, legat Frā-  
ciscum Belleforestium. Scripsit etiam de ea libellū  
singularem, Leo Tripautius, senator Aurelianen-  
sis, vterque Gallicè.

B.

36. BADENIA, ciuitas Heluetiæ, quam ad differē-  
tiam thermarum, quæ sunt in Marchionatu Baden-  
si, Badeniam superiorem, sicut aliam, respectu ad  
Rheni descensum habito, inferiorem nuncupant, à  
quo vtraque vnico milliario distat, à se verò viginti  
milliaribus germanicis separata, superiore ad au-  
strum, inferiore verò ad aquilonem posita, aquarū  
calidarum balneis nobilis est, quarum tam præstans  
est virtus, vt nulla in orbe terrarum balnea, ad fœcū  
ditatem mulierum, magis conducant.

51. BAIÆ, ciuitas Campaniæ, secus Campanū ma-  
re sita, situs amœnitate, & aquarum salubritate cele-  
berrima: ita dicta à Baio Vlyssis socio, illic sepulto.  
In huius agro aquæ calidæ sunt, & ad voluptatem,  
& ad varios morbos commodæ. Silius: Docet ille  
repentes Vnde ferant nomen Baiæ, comitemq; de-  
disse Dalychiæ puppis stagno sua nomina mōstrat.  
Horatius lib. 1. Epist. Nullus in orbe sinus Baijs præ-  
lucet amœnis. Eius nunc vrbs reliquiæ marinis flu-  
ctibus absorptæ videntur.

40. BASILEA, Rauracorum vrbs celeberrima, ad  
Rhenum fluuium, in agro Gallico sita, à Germanis  
tamen (vt pleraque cis Rhenum loca) habitata, ea-  
dem, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauraco-  
rum, Ptolomæo appellatur.

10. BITVRIGES, vulgò Burges, metropoleos  
præcellentia apud Bituriges Gallia percelebris, vrbs  
multis priuilegijs, & immunitatibus illustrata. nam  
antiquitus monetæ percutiendæ ius habuit, tum vi-  
delicet, cum per indigenas Bituriges administrate-  
tur, vniuersæque regioni imperaret, posteaq; prin-  
cipum permisso, in quorum potestatem, vel varian-  
te rerum vicissitudine, vel successione hæreditatis,  
deuenit, retinuit, hætenusque etiam retinet. Om-  
nium verò maximè hanc urbem illustrat, celeberrima  
& nobilissima, quæ istic est, academia. Ea, primo  
quidem paruis ab initijs heic coepta, sæpius interrup-  
ta fuit, item delata. Sed tandem à Carolo principe,  
filio & fratre Regis, Biturigum Duce, instaurata est,  
& auctoritate Pauli secundi Pontificis Maximi, nō  
modo comprobata, sed amplius etiam omnibus fa-  
cultatibus aucta, à quo tempore, ita à doctissimis vi-  
ris exulta & continuata est, vt nunc meritò, littera-  
rum decus, & domicilium quoddam litteratissimo-  
rum, tota Europa, virorum, dici possit. Habet heic  
scholam Theologicam, in qua quantum diligentif-  
simi sacrarum literarum professores, religionem &  
pietatem Christianam iuuent, promoueantque, ex-  
empla ipsa demonstrant. Viget heic etiam philoso-

phia. Medicinæ excellentissimi totoque orbe clarif-  
simi doctores huc se vndique conferunt. Ante om-  
nia verò floret heic ad eò Iurisprudentiæ Studiū, vt  
eo ferè cæteras Academias superet. Eius, quoniam  
heic & fuere semper, & iā adhuc sunt celeberrimi,  
omniū tota Europa professores, huc discendi caus-  
sa certatim ex omnibus vndiq; nationibus adoles-  
centes confluunt. Nostra tempestate, claruere heic:  
Seruatius Ferdinandus Portugallensis, Andreas Al-  
ciatus Mediolanensis, Equinarius Baro, qui heic et-  
iā sepultus est, Petr<sup>o</sup> Lorientus, Franciscus Duatenus,  
Frāciscus Balduinus, Hugo Donellus, Iacobus Cui-  
cius, Claudius Rōfardus, indigena, Petrus Reluffus  
preses, & rector vniuersitatis, oēs Iurisprudentiæ pro-  
fessores, Aegydius de Roma, Nicolaus Tabutinus,  
Simō Agobertus, Doctores & p̄fessores Theologiæ,  
Melchior & Caym<sup>o</sup>, Germani, Castellanus episcop<sup>o</sup>  
Matisconensis, p̄fessores lingue Græcæ. Carolus Ger-  
ardus iam ibi apud Carmelitas linguam græcam do-  
cet. Petrus Buquinus item linguam Hebraicam. Hu-  
iusmodi innumeros habent, ad eò, vt claritate & ce-  
lebritate nulli ferè Academia cedat. Magistratus in  
ea huiusmodi est. Primum omnium locum sum-  
mamque auctoritatem habet prætor, cuius est, adhi-  
bitis Maiore & Scabinis vrbs, de omnibus tā pub-  
licis, quàm priuatis causis, cognoscere, & decidere.  
Id primitus erat Maioris & Senatus, qui iam tātum  
retinent ciuiliū & criminalium cognitionem.  
Prætura illa non in ciues solum: sed in vniuersum  
ciuitatis territorium sese extendit. Secundum lo-  
cum obtinet Biturigum nomarcha, quem vulgò, le  
Bailly de Berry vocant, eiusque vicarius, in summo  
Bituricensi tribunali. Ad hūc deuoluuntur omnes  
adpellationes, tum à Prætore vrano, tum ab omni-  
bus magistratibus circū vicinis, item ex causâ, quæ  
Regem cōcernunt, vt de læsa Maiestate, &c. Præter-  
ea istic sedem habet Præfectura totius Ducatus,  
quam Siege præsidial vocant vernaculè. Qui plura  
& magis particularia de hac vrbe desiderat, legat Io-  
annem Calamæum, qui sex libris Biturigum histo-  
riam vernaculo idiomate perfecutus est.

17. BLANMONT, oppidum Lotharingiæ, agri  
clementia felix. quare, plurimos agricolas, hoc est,  
viros innocentes ac bonos sustentat, elegans est, cū  
castro, imprimis visendo ac splendido, & hortis a-  
mœnissimis.

14. BLOYS, Gallia oppidum admirabili loci a-  
mœnitate, cælique clementia, magnifica Regum  
Francorum arce ac domicilio, nobilitatum. Cuius  
præterquam tanta sit bonitas agri, vt quampluri-  
mi natalium splendore, opumque affluentia no-  
biles præstantes viri, ex diuersis, remotisque Gal-  
lia nationibus, cæli puritate allecti, illuc commi-  
grarint, derelictoque solo natali, & patriæ cura post  
habita, perpetuam ibi sedem, vitæque domicilium  
delegerint. Sigillata etiam terra illic effodiatur, quæ  
hætenus in sola insula Lemno inueniebatur, non  
tamen in quavis eius insule parte, sed tantum in col-  
le quodam Hephæstiadi, ciuitati imminente: quem  
etiam Vulcano ipsi sacrum fuisse, fabulantur, eò,  
quod is à matre de cælo deturbatus, in collem illū  
feratur decidisse. Cuius fabulæ occasionē præstitit  
collis eius color, & sterilitas. Nam & exusto simi-  
limus est, & nullam omnino plantam gignit. Hac  
autem terra quo pacto soleat præparari à sacerdo-  
te

I N D E X.

te Dianæ, vide Galen. libro nono, de Facultate Sim- pli. medicamen. vbi meritò reprehendit Dioscori- dem, qui putauit terræ huic hircinum sanguinem admisceri. Hodie Seplassarij, pro terra Lemnia supponunt terram sigillatam. Quicquid enim terre quotannis colligi potest, ad Turcarum principem defertur: neque vlla ratione ad nos peruenire pos- set, nisi ille nostros principes, eorumque legatos ali- quot orbiculis interdum donaret. Verum sigillata hæc terra, cum in Blesiensis oppidi agro, ab Eruditif- simo viro, & rerum abstrusarum summo admira- tore D. Francisco Guerino, primum obseruata sit, & inuenta, eiusdemque sit conditionis atque natu- ræ, cuius est Lemniaca, nō immerito, vel à loco Ble- siaca, vel ab inuentore, Guerinensis, vocabitur, quò perpetua tanti beneficij apud posteros perseueret memoria.

33. BONNA, oppidum ad citerioris Rheni ri- pas situm, & Coloniensi vrbi ac Confluentino op- pido, proximum, Coloniensis diœcesis: à Tacito memoratum.

27. BRIELIVM, haud ignobile Hollandiæ oppidum, brachio, ex mari deducto, adiacet, ad o- stia Mosæ fluminis, vbi se in oceanum exonerat, in insula, vulgò, *Boorn*, dicta. Territorium fertile, habet frumenti, aliorumque leguminum copioso prouentu. Præter hæc admodum fœcunda est e- ius herbæ, quam Bataui Helm, quidam Galeopsin, nuncupant, quæ herba, cum radicem apprimè tena- cem hirsutamque altè agat, non obscure naturæ beneficio, arenas in littoribus continet, indeque nō minima Hollandiæ, Zeelandiæque pars, aggeres, quos vernaculè, *Dycken*/nominant, contra furen- tis Oceani æstus & impulsus, construunt. Miram hanc Dei prouidentiam naturæque solertiam, quã ab illo consequuta est, quis non admiretur, atque suspiciat? Quam est Oceanus, ob violentiam, mare intollerabile, quantis insurgit vndis, quantis iacta- tur procellis: attamen, posteaquam vehementer in- surrexerit, multoque cum timore progressum est, vbi venerit ad terminum ipsi à Deo præscriptum, fluctibus in spumam solutis, in se redit. Quid verò arena infirmius? & tamen eius herbæ præsidio, ma- rinis sese furoribus opponit. Mira etiam rerum, quibus voluptatis studium irritari solet, Brielij est copia, adeò, vt vulgò, triuiali epitheto cog nomi- nent, *Blacker Brieleken*/cupidiarium forum, latinè dicerent. Hoc facit portus commoditas, quod Rheno, Mosæque fluminibus ex mediterraneis & Oceano, ex peregrinis regionibus, omnia nauigio paruo pretio, ac facile aduehantur. Quinetiam nun- dinis frumentarijs, secura nauium statione, & portu amplo, peruulgatum est hoc oppidum, in quo an- nuatim ad harengorum capturam, qui in oceano tantum reperiuntur, se parant, institutis ad eam na- uibus, quas, *Buisen*, Flandricè, vocant. Cumque in- gentes impensarum sumptus, ad eas parandas re- quirantur, Delfij, Roterodami, Schieddami, Dor- dracenses, Goudani, & Brielij quoque incolæ, hoc in portu eas adornant, ad communes vnus nauis, cocunte impensas, pro facultate cuiusque, duorū, trium, aut quatuor ciuium societate. Singulis pi- scatorijs busis nauclerum, penes quem summa po- restas, præficiunt. Is, coquum, vascularium, & pi- scatores conducit, vasa, quibus sale conditi inclu-

dantur, sale, cereuisiam, ad capturam peculiari ratione decoctam, quam *Buisenbier*/nuncupant, carnes, fumo induratas, butyrum, & omnem anno- nam, pro piscatorum numero, procurat. Quibus omnibus ad piscationem compositis, numerosa pi- scatorum multitudo, Brielij in portu, grat, præsto- latur auræ, qua se Oceani recessibus committat. Quæ quidem, etsi gens rudis, ac pelago sit assueta, ea tamen est morum, ac vitæ integritate, ea, apud i- psos, disciplina seruatur, vt nunquam inter vllos vl- læ contentiones, iurgia, similtates, dissidia ori- antur, nec vnquam inter se lites consecētur, aut iure æqualibus contendant, ita, vt magistratus nunqua, nisi in vrgentissimis causis, se horum controuersijs interponat, sed omnes inter sese, coactis comitijs, di- rimunt, atque consopiant. Nullum inter suos gre- gales tolerant mendicum, ac probro ducunt, si quis ex consociatis stipem emendicet, aut quid aliud e- blandiatur. Quin ipsa piscatoria societas, & qui inter illos est primarius, quem Decanum vocant, singulis, quibus res domi angusta est, & contractior, quam vt familiam sustentent, & alant, ex commu- ni arario suum dimensum constituit, ita, vt non desit, quo famem frugaliter & liberaliter solentur. Ex ijs, si quis diem obeat, relicta eius vidua, nisi in- tra triduum alteri nupserit, ius suum, harengos in- tra destinatum ei spatium (*das fack*) capiendi, a- mittit, piscatores demum, ventum nacti propiti- um, magno in Oceanum numero, progrediuntur, & id quidem ferè semper post æquinoctium autu- male, quo tempore in acies harengi se diuidunt, lo- ca mutant, & per Oceanum vagantur. nam dum v- no in grege natant, præ multitudine capi non pos- sunt: noctu vero, ex splendore à piscatoribus haren- gorum agmina deprehenduntur, tum etenim gre- gatim, ventribus versus summum æquor obuersis, natantes, tantum de se splendorem emittunt, vt fulgurare mare videatur. quin etiam ipsorum ocu- li, luminis instar, noctu lucent, quæ vis, cum ipso pi- sce, emoritur. Vbicunque super aquas in mari lumē vident, gregatim adnatant, & hoc etiam astu, ad re- tia alliciuntur, vt, quasi parati ad capiendum, di- uino munere, in vsus hominum deducantur, tum- que aliquando maximis colliguntur fagenis, adeò, vt funes retium præscindi oporteat, eò, quod ob multitudinem extrahi, non valcant: capti, citissimè moriuntur. Omnium enim piscium, solus aqua vi- uit tantum, nec nisi in aqua viuere potest. Nam sta- tim, vt aeris serena contigerit, expirat, nec vlla inter aeris contactum, & expirationem, est mora. Quanta celeritate autem, dum piscatores retia explicando occupati tenētur, eos alij sale condiant, alij vasis in- cludant, dici non potest: muria siquidem conserua- ti, in varijs Europæ partibus, distrahuntur. Fœlici- ter piscatione perfecta, primum in Brielij portum se omnis hæc piscaria societas, tum ad ea Hol- landiæ oppida, quorum sumptibus instituta fuit, sese recipit.

33. BRVLA, Colonia abest P. M. oppidulum ar- ce, pro Archiantistitis Agrippinensis sede, & Fræcif- canorum sodalitio, peruulgatum.

23. BVRBVRGVM, elegans Flandriæ op- pidum.



I N D E X.

- C**
35. **CALCARIA**, Cliuorum opp. gloriam suam catholicæ religionis studio, in ea potissimum ditio ne, immortalitate consecrauit. Id Galbiorum no men fama superstite, ad nostram vsq; ætatem protulisse, plerique existimant. sunt, quibus id minus probatur, qui à finitimo pago, Calcaria vetere, no men sumpsisse, idq; certis quibusdam documentis, & prisca consuetudinibus, hoc etiam tempore obseruatis, confirmari tradunt. Galbiorum autē, quo rsi Tacitus meminit, sedem fuisse in eo loci, vbi nūc Kalckum pagus, ex opposito Cæsaris V verdenæ cōspicitur. At in tanta locorum vicinitate, de prisca antiquorum sedibus diuersas inire sententias, no uas non concitabit hærefes.
30. **CAMPI**, vrbs Iselis vicinitate clara, Anno par tæ salutis, M. D. XIX. grauiissimis bellorum procel lis attrita.
53. **CANDIA**, vrbs, & insula Mediterranci maris celeberrima.
1. **CANTABRIGIA**, vrbs Angeliæ celeberrima, à Granata fluuio vicino, Cairgrant, à primo, non tã vrbs, quàm Academiæ conditore Cantabro, ma gni nominis Hispano, Saxonibus Grauntecestre, & Grantebrige iam olim nuncupata. Cuius hodie an tiquum nomen retinens, flexuosis riparum anfracti bus, ab austro in aquilonem mari tenus, longissimo tractu protenditur. Vrbs verò conditoris nomē, & memoriam sempiternā reddens, etiam Academiæ dignitatem, multò, quàm olīm fuit, illustriorem cōseruat. Muro fuisse cinctam, historiæ referunt, sed eum Pictis, Danicis, & Saxonibus bellis, vt & veterē vrbs faciem, concidisse. Henricus tertius Angeliæ Rex, circa Annum Domini M. CC. LXV. fossā & portis Cantabrigiam muniuit. Quo tempore ibi dem, contra exhæredatorum iniurias & excursio nes, qui Eliensem insulam occupabant, se defendit. Muro etiam tum rursus cinxisset, nisi eo absente, Londino, à Gilberto Clarense duce occupato, noue calamitati prospicere fuisset coactus. Huius fossæ, quæ ab eo tempore Regiæ nomen obtinuit, vestigi um quoddam, in lamina huius operis depicta cerni tur, sed quæ ad vrbs ambitum, & defensionem altis simis fuit fossionibus primum apparata, expurgan dis platearum fecibus, eluendisq; in Grantam fluui um sordibus, non male nunc inseruit. Quod si Can tabrigienses coniunctis opibus, efficerent, vt qui est ad vadum Trumpingtoniæ amniculus, fossam hanc allueret, non esset Cantabrigia vrbs vlla elegantior, tantique facti memoria, non tam posteris grata, quàm ipsis iucunda & fructuosa existeret.
34. **CLIVI**, Ducatus Cliuensis, opp. elegans, castro **Schwanenburg** Ducis sede, & canonicorum colle gio inclytum. Id olim inter Sycambros numeratū, tradunt, nunc, Ducatui adpellationem præbet, quē Sigismundus Imperator, creato primo Duce Adol pho, instituit.
36. **COLMARIA**, Alfatia vrbs, quam Argen tuariæ excidium peperit, Alemannorum opus, nō multis passibus distantem, & paululum ab Ello flu mine subductam. Hanc B. Rhenanus, primum Col maringam dictam fuisse, existimat. Collegium Ca nonicorum D. Martini illic, Prioratus, vt vocant, quondam fuit Benedictinorum, ad Monasteri um vallis D. Georgij pertinens, vt alter ibidem, qui D. Perri dicitur, ad Paterniatum. Institutricem me morat Bethm reginam, ad cuius iurisdictionem

- nonnulla ex parte spectarit olim Colmaria, vnd magni illinc Constantiensi præposituræ prouetus, quos ei Ecclesiæ, hæc nobilissima matrona donauit. Cœnobio habet, Minoritarum spaciosissimū: Præ dicatorum amplum, & opulentum: Augustiniano rum, exiguum. Monialium item titulo, Sub tilijs, maximum, & alterum D. Catharinæ dicatum, ali quanto minus. Colmariam muro cinxit Vuolphelinus Cæsareus apud Hagenoiam Præfectus, impe rante Friderico Aug. eius nominis secūdo, testimo nio Chronicorum Senoniensium, quum ante vicus fuisset mediocris. Habuit insignem in litteris virū patrum memoria, Sebastianum Murrhonem, & huius filium eodem nomine, qui iuuenis, periit. Ha buit etiam Apellem suū, Martinum illum, qui ob singularem pingendi gratiam, Belli, cognomē me ruit, & huius germanos fratres duos, Paulum, atque Georgium aurifices æquē præstantes. Homines aiūt illic ter mille & quingentos numerari, qui singulis annis ad sacram Eucharistiæ mensam accedant. Vn de ciuitatis modus colligi potest.
6. **CONIL**, Hispaniæ oppidum, ingens, ex piscatio ne vectigal, duci suo suppeditans.
41. **CONSTANTIA**, eius Germaniæ partis, quæ Sueuia dicitur, vrbs. scribit Marcellinus, Sequanā propè castra Constantia fundi in mare. Quo loco hodiè, Constantiam vrbs episcopale videmus at tributam Nortmanniæ. Non aliter Constantia no stra ad effluentem ex Acromo lacu Rhenum & Ve neto sese immergentem sita, à castris Constantijs originem habet, quæ Constantius illic exadifica uit, pro militum præsidij, aduersum Alemannorū incursiones excubantium. Vnde conijcere licet, limi tem illum Rhetiæ & Alemanniæ, non ita procul abfuisse à Constantia. Hic statua militum erāt, hic hybernacula. Quum Ammianus scribit Aleman nos Arbetione Romanarum copiarum duce fuga to, sublatis animis ferocibus incedētes cottidie pro pè Munimenta Romana strictis mucronibus dis currisse, frendendo minas tumidas intendentes, istum indubie locum significat, vbi Constantiam hodie cernimus. Nam in mandatis hoc ab Impera tore Constantio acceperat Arbetio, vt margines la cus Brigantini legeret. Huc aiunt episcopalem sedē ex Vindonissa translatam. Tabula lapidea vetus, in qua mentio fit Imp. C. Aurel. Val. Diocletiani, & M. Aurel. Val. Maximiani, & Val. Constantij, & Gal. Val. Cæs. videtur ex Vituro oppido propin quo Constantiam aduecta. Fuit is Constantius pa ter Constantini Magni. Extat epistola Leonardi Aretini, qua Constantiam accuratè describit, ad Ni colaum.
53. **CORFV**, Insulæ & oppidi, valido castro firmi, in mari Mediterraneo, nomen.
- D**
55. **DAMASCVS**, vrbs nobilissima, caput Syriæ, vnde Damascena pruna, authore Plinio lib. xv. ca. 13. dicta creduntur, & regio ipsa, Damascene, quæ to tam illam Syriæ partem complectitur, quæ Libano monti adiacet. Author Pomponius Mela li. 1. Stra bo lib. 16.
46. **DANTISCVM**, vide Gdanum.
24. **DORDRACVM**, vrbs est valde munita, ne gotiationi maxime idonea, diues opum, vndiq; cin cta mari, opibus & celebritate inter alias Hollandiæ vrbs lōge princeps, cuius haud parū partem anno supe.

I N D E X.

superiore, incendium absumpsisse, relatum est, idque ciuium incuria.

23. DVINKERGA, Flandriæ opp. Grauelingæ & Caleto vicinum, icholericis Gallorum deformationum furoribus.

34. DVISBURGVM, vetus Francorum regia, celebre Germaniæ veteris oppidum, Cliuorum nunc principi paret. Id clarum semper fuisse, cum maxima ædificia, tum historiarum etiam monumenta declarant. Præcipuam saluatori dicatam Ecclesiam parochialem, structura non ignobilē ostentat, quæ per Teutonici ordinis dominos administratur, piorum quondam hominum peregrinatione celebrem. Præcipua olim Ecclesia fuit. Sacellū, vulgò, *In der Crucht* / nuncupatum. Alia insuper ibidem Parochialis Ecclesia est, M. Virgini sacra, quondam extra muros, Ioannitarum monasterium fuit, turrim semel atque iterum fulmine collapsam, nunc restauratā exhibet. Est & Monasterium Minoritarū amplum, priscis temporibus, Ducū Lymburgensium arcem fuisse, constat. Crucigerorum quoque cœnobium minus, Vallis S. Petri, prima fundatione dictum. Sunt & aliquot virginum cœnobija, quæ priscæ religionis reditus & domicilia tantum referuāt. Est & pons ad oppidi portam, vulgò impensæ perditæ & inutiles, nuncupatus, quod Theodorico à Morfa, Archiepiscopo Colonienfi, inutilis fuerit. is enim, anno M. CCCC. XLIV. nocte intempesta S. Georgij, traducens armatum exercitum, mœnibus admouere parabat, sperans urbē occupare, sed auius strepitum edentibus, excitati, qui erant in mola lapidea, cum mergetē culmi accendissent, arma refulgere cōspiciunt, moxque ciues clamore & pulsu nolarum, conuocant, quibus aduolantibus, hostis coactus est retrocedere, cuius diei annuā memoriam incolæ celebrant. Quam clarum, ac celebre apud posteros hoc oppidum fuerit, confirmat synodus illa Episcoporum Duisburgi sub Henrico primo Romanorū rege coacta, ob excæcationem Benonis Metensium Episcopi, in qua eius rei auctores, sunt excommunicatione percussi, ut apud Reginonem in chronicis videre est, an. domini D. CCCC. XXVII. Adhæc celebris ille conuentus ab Orthone magno Duisburgi, siue Teutoburgi, ferijs Rogationum indictus, etiam Principibus viris, locum commendatum fuisse, declarat, in quo grauissima quædam negotia cum Principibus Lathariensium, atque Francorum tractata fuerunt: In Additionibus ad Regi: Anno Domini D. CCCC. LIII. In hoc etiam oppidum, deportatum fuisse caput B. Seruatij Tungrorum Episcopi, à clero Traiectensi, ob crebras ab Immone comite, ipsi clero illatas iniurias, historiæ meminerunt. Sylua huic oppido vicina, quam Tacitus saltum Teutoburgensem vocat, Duisburgum cingit plusquam medium, quibusdam in locis vix quatuor, aut quinq; ballistarum iactibus distans, vastissima est, & amplissima, in qua innumerabilis porcorum multitudo glandium prouentu alitur, feræ sunt variæ, ut apri, meles, vulpes, lepores, cuniculi, cerui, feles, equi autem syluestres, absque numero, qui sæpè totis armentis extra siluam vagantes pascere, nec facillè fugere conspiciuntur. Riuulos habet plurimos, & limpidissimos, montes sunt excelsi, arboribus præaltis circumquaq; vestiti. nascuntur vulgò tã in silua, quàm in circumiectis campis, maiorana, thymus, buglossa, aliæque herbæ hor-

tenses, & quæ chyrurgicis vsui veniunt. Altera siluæ pars Rheno flumine Germaniæ notissimo, altera Rora terminatur, quæ ad Vbiorum oppidulum, Rœrort, quasi finis Roræ dicas, Rheno miscetur, vbi videre est, duorum fluminum concurrentium euidentissimum discrimen, quorum hoc viride, illud subalbum apparet. Et quidem, vsque adeò tortuosus est Rora, tantisq; ambagibus fertur, ut prope modum ipse Mœander videri possit, tam autē violentus est, & vehementi cursu fertur, ut quandoque per arua viam rumpat, adeò, ut breui temporis spatio duo vel tria iugera alluione hinc adimat, illuc adijciat, vel contra. paulò post solum quodcunq; inundat, calculis implet atq; corrumpit, sicut Rhenus contra copiosissimo, eoq; pinguisimo limo fecunditatem augere solet, licet superioribus annis plurimos agros alluione arenæ omnino perdidit. Tantam hæc duo flumina, aliq; minores fluuij, riuuli & piscinæ, vim piscium proferunt, vti ciuibus tenuioris fortunæ, magnam victus partem suppeditent. Ager ferax est, & nitidus, pascua lata, palumbium, aliarumq; auium, ingens aucupium, maximè perdicum, turdorū, & cothurnicum, anates innumerabiles, omnium denique rerum, quæ ad vitam pertinent, larga copia. Quamuis tamen olim mercatura erat frequentior, tum enim Rhenus atque Rura, Duisburgū propius præterfluentes, commodiorem mercatoribus aditum præbebant. Et enim, si quis lineam ducat ab Asuburgij, cuius Cornelius Tacitus, ut celeberrimi oppidi meminit, nunc verò pagus, in ditioe Illustrissimi, & Generosissimi Comitis à Nevvenar, & Morfa, habebit veterem Rheni cursum, quod non ex Taciti modo historia, qui Rhenum ait Asciburgium, Duisburgum versus, etiam hodie adhuc conspicitur, manifeste apparet. Nam quod isthinc Teutoburgum porrexerit, atque urbem attigerit, euidentius est, quàm ut dubitari possit. Neque enim vero simile est, conditores huius oppidi, tam imperitos fuisse, ut cum nihil obstaret, quin iuxta confluentem ædificare possent, eam tantam commoditatem volentes neglexerint. Imò & annuli ferrei, muris passim infixi, quibus primnesio scaphas & naues affixerunt, id plane indicant.

E

32. EMBDENA, Orientalis Phrisiæ Metropolis, vrbs oppido quam elegans, & valde munita, portu, mercimoniorum opulentia, & præstantissimis ædificijs recenter excitatis, celeberrima.

34. EMBRICA, Cliuiæ ducatus oppidum, Rheni propinquitate, Canonicorum collegiata Ecclesia, & mitioris litteraturæ traditione, memorabile.

F

8. FLAVIOBRIGA, vulgò Bilbao, præclarissima in Hispania Biscatæ vrbs, maris vicinitate, mercimonijs amplissimis, agroq; foelicissimo præstans, qui non frugalibus tantum, sed & delicatulis, quæuis abundè subministrat.

39. FRIBERGVM, Misenæ opp. riuulus, *Münzbach* / vulgò dictus, interfecat, nec procul inde, Muldam fluuium habet, cuius ope, ligna, rei domestica, & ædificijs necessaria, ex Boiemia aduehunt. Ante

†† portam

## I N D E X.

portam D. Petri, fontem habet, lepræ curandæ idoneum. Solenne hic olim fuit, publicis spectaculis salutaria Iesu Christi merita, annuatim populo representare, septimana sancta, quæ nunc, septimo tantum anno solenni pompa, ferijs Pentecostes exhibentur. Anno Domini M. D. XL. Iussu Henrici Ducis, conscripti sunt omnes, qui in hoc oppido annum ætatis duodecimū excederent, & inuenta sunt ultra triginta duo milia, septingenta, & sexaginta tria capita. Anno salutis M. D. LIII. Mauritius Saxonix Dux Elector, mortuus, cum XX. militaribus signis, quæ hosti eripuerat, in hoc oppid. inuectus, terræ mandatur. Fodinis etiam metallicis, Misena præstat, quæ anno ab hinc trecentesimo septuagesimo tertio colli primū cœperunt. Cum autem argento maximè abundarent, & ob eam ipsam causam plures vendique, qui rei metallicæ operam darent, congregarentur, quasi colonix quædam ad loca vicina, licet non iisdem temporibus, deductæ sunt, è quibus nobiliores, & quæ hodie etiam florent, Ibersdorfum, Gairum, Aldebergum: Trapenaurū verò & Mocchenbergum, vetustas obliuione fermè obruit. Sed & Iglam ipsa Fribergum subsequuta est, quantum ex legibus potest colligi, quas ab illis se accepisse, aperte fatentur. Post Iglam Cottebergum fodi cœpit. Senebergum autem ab hinc annos duo de sexaginta, Annebergum, septem & triginta.

### G

41. **S. GALLI**, opp. Heluetici fœderis, quo pacto ex Abbatis cella, à S. Gallo, primum constructa, originem traxerit, qui cū S. Columbano, salutaris Evangelij doctrinam, populo hoc tractu annunciauit, vide Stumpfium lib. v. de rebus Helueticis cap. 4. & consequentibus, admodum copiosè differentem.
46. **GDANVM**, nobilissima, præstantissimaque Prussix vrbs, de cuius magnificentia, etsi iustæ magnitudinis liber, publica in scripta referri queat, de ea tamen pauca, in recentiorum historijs, inueniuntur. In antiquioribus etiam, cur de ea nihil quærendum, causa non deest.
34. **GENNAPIVM**, Ditionis Cliuentis opp. ad quam, cum vniuerso, eius nominis comitatu, à Dominis de Bredenrade, venditionis titulo, peruenit. Præterlabente Nerfa, felix, quæ anguillas laudatissimas, & omnium fluuiatilium delicatissimas, suppeditat.
45. **GORLITIVM**, præstans superioris Lusatiæ opp. ad Boemicam coronam pertinet.
23. **GRAVELINGA**, opp. Flandriæ munitissimum, Anno salutis M. C. LX. conditum abs Theodorico Principe in pago D. Villibrodi, Nouus portus primo vocatus, dehinc, Grauelinga, vbi arx nunc à Carolo Augusto, insignis eucta, antè, creberrimis bellorum contusa furoribus.
48. **GRODNA**, siue Grodno, Littauix opp. situm ad Crononem fluuium, quem Germani Mummell, patrio verò sermone vulgariter, Nemen nuncupant.
31. **GRONINGA**, Insigne Phrisiæ meridionalis oppidum, opulentum ac populosum, ab hostili incursum vallo munitissimo, propugnaculis, & muro, securum. Incolas, quemadmodū vniuersa Phrisia, habet feroces, proceri corporis, robustos, armis.

que exercitatos, neq; id mirum. Nam frequentibus attriti bellis leguntur, quæ ipsis nunc cum Episcopis Ultraiectensibus: nunc cū ciuitatibus Phrisiæ orientalis: nunc cum diuersis Saxonix ducibus, intercesserunt. Nam anno salutis M. D. graui obsidione à Saxonix Duce cingitur, in qua ipse Dux, bombardica sphaerula læsus, moritur, & in Misenam cadauer defertur: Grauius autem incommodum altera obsidione, à Georgio Saxonix duce sentijt, Anno Christi M. D. V. eò, quod Groningenses ipsi, quem admodum reliquæ Phrisiæ vrbes anno præcedenti fecerant, iurare, & vti dominum inaugurare nolent. Nunc Philippo Regi Groninga, cum vniuerso dominio parat, & tota Phrygia, in Caroli Cæsaris obsequium, à clarissimo belli Duce, Ioanne à Vasse-ner, retracta.

38. **GVLETA**, Africae oræ arx munitissima, quæ Carolus Cæsar, cum primū in Africam traiecisset, pulso, fugatoq; Aenobarbo, expugnauit, captaq; Tunete, Muleum Hazenium, in regnum restituit, arcem hanc sibi, præsidio firmatam, referuans. quæ nunc ad rabidas Turcarum manus peruenit.

### H

37. **HALA**, Sueuiæ præstans opp. ob Salis ingentem copiam è monte casam, atque deinde aqua, per salis montē deriuata recoctam, partim ad molem augendam, partim ad saporis suauitatem, imprimis visu dignum.
26. **HARLEMVM**, nobilissima Hollandiæ, quam ob insignem soli fertilitatem, omniumque rerum abundantiam, Vollandiam meritò dixeris, oppidū florentissimum, amplum ac spaciosum, nõ vbertate tantum agrorū, sed & pascuis, syluis, aquarum abundantia, & leproforijs felix. Fluuius ex stagnis, & Harlemico mari, quod vocant, leni fluxu in oppidum illabitur, ipsumque forma serpentina, duas in partes interfecans, mille quandoque nauibus, expansis velis, instar cygnorum agminis adnantantis, ornatus videtur. Qua occidentem respicit, naturæ beneficio, planis obuallatum montibus, furiosi maris sæuitiam extrudit, vbi ingens cuniculorum multitudo, non sine Harlemensis fori commodo, oberrare videtur. Iuxta, cœnosa sunt, & vliginosa loca, è quibus cespites, ad ignes alendos, effodiunt. Templum ingens, amplissimis dotatum redditibus, & foris, & intus, pulcherrimis ornatum structuris, præcelsa turri nobile, quam ultra omnia vrbis ædificia, venusta altitudine ostentat. Ex opposito, curiam, à Guilielmo Romanorum Rege, & Hollandiæ Comite constructam, à templo, amplissimum separat forum, quod hebdomatim bis nundinis frequentatur. In quo, dictu mirum, quanto indigenarum compendio, omnium rerum ad vsus hominum necessariarum abundantia, cum tenuitate pretij deceret. Adeo quidē, vt anno M. D. LXVII. decem & sex, iustæ magnitudinis aselli, quos **Callarij** / **Flandri** adpellant, decem Brabantibus stufferis venerint: Et Callarij quatuor, quos Belgæ, **Schellfisch** / nomine indigetant, vnica tantum blanca, genus est nummi, dimidiatam & quartam stufferi partem, obulos forte decem & quinque, valens. Incolæ partim antiqua Batauorum nobilitate præcellunt, partim populares, duobus potissimum opificij gene.

I N D E X.

generibus, quæstum, ac nomen quærunt: Ceruissæ coctione, quæ nunc aliquantulum languet, & Lanificio. Quippe, decem & amplius, pannorum millia textrinae Harlemenses conficiunt, quibus & nomen à loco imponunt. Quam quidem textrinarum, & negotiationis commoditatem, vt sibi conseruarent, maximis impensarum sumptibus canalem recto ferè ductu in Sparendamme vsq; sibi fecere, quo onerarias naues mercibus onustas, in oppidum ipsum recipere, & ad alios, maximo vicinorum commodo, transmittere possint.

54. HIEROSOLYMA, sancta est ciuitas Dei, vnde nostræ salutis fluxit exordium, quam & seruator noster Matt. 5. ciuitatem magni regis vocat. De qua Stephanus, Hierosolyma Iudææ Metropolis est, prius Solyma, à Solymis montibus vocata. Alijs sic vocatam asserunt, à Solymis Lyciæ populis, huc olim cômigrantibus. Varijs nominibus, à diuersis authoribus olim appellata. Sed Hierosolyma, & Hierusalem ex sacri nominis additione frequentius. Postremo Aelius Adrianus Imperator, Caluarium montem vrbi addidit, & quæ per Titum, & Vespasianum diruta fuerant, reparauit, vrbemq; suo nomine Aeliam appellauit, quare Ptolomæus inquit, ἱεροσόλυμα ὑὸν καλεῖται ἀπὸ τῆς κατὰ τοὺς ἰουδαίους.

19. HVIVM, ad Mosæ flumen, Diocesis Leodiensis elegans oppidū, vtramque fluminis ripam, ponte lapideo, arcuati operis, coniungit, à Leodijs, contra optimæ vicinitatis iura, grauiter deformatum, qui Carolo Burgundioni, bellicoso Flandriæ comiti, magno suo incommodo, hostes, sollicitante eos Rege Gallorum, quamuis L. tradiderāt obfides, rupto pacis fœdere, magno numero Huium petunt, vt Ludouicum Borbonium Episcopum suum, fratrem vxoris Caroli, qui tum ibi erat, caperent, Carolique præfectos interficerent. Custodiebant oppidum, nomine Caroli, Toparchus Bosutus, & Euerardus Arduennas, cum fratre, nobiles, ac fortes viri. Obsident, & oppugnant vndique Leodienses hoc oppidum, longeq; vires antecedeabant propugnantium, qui relictis fortunis suis, pariter cum Episcopo periculo se exemerunt, fuga se saluantes, præsertim, cum nec plebem oppidi corruptam ab hostibus, in officio continere valerent. Pulso præsidio, & Episcopo, Leodienses oppidum capiūt, diripiuntq;, & incendūt. In Lucenburgios, Limburgiosq; incurfant, prædas inde agunt, & villarum incendia excitant.

22. HYPRA, ex præcipuis Flandriæ vrbibus haud infima, sæuientis Bellonæ frequenter euerfa furoribus, nunc à Gallis direpta & incensa, nūc à Dominis suis Comitibus Flandriæ capta. Ab Anglis, obsidione cincta. Hæc, & alia partim Guiziardinus in sua Belgia, partim Iacobus Meierus, Commentarijs Flandricis, particulatim recensent. Carmen etiam subiectum, dum historicas Meieri Musas contemplor, de Hyprensi vrbe inuenio, quod inter studium scribendi historiam, opificum more, se cantillasse fatetur, refocillandi scilicet animi gratia.

*Quate quæso lyra, quali te carmine dicam,  
O Hypra florentissima.  
Ardua materia est, nostris nec viribus aqua,  
Vatemq; magnum postulat.  
Vrbibus in Flandris splendes, vt luna coruscat,  
Inter minoræ sidera.*

*Quæ sortita locum ternum inter membra quaternæ,  
Auges honorem patriæ.  
Belga tibi priscus genitor, quem cana vetustas,  
Græcè locutum prædicat.  
Grande opus & natura loci tibi mœnia condunt  
Rumpenda nullis hostibus.  
Ad te confugimus quoties Mars impius orbem  
Suo furore concitat.  
Hypra tibi largè dulcissima labitur vnda  
Viteris refusa riuulis:  
Quæ tua præcæ rigat, sæcundaq; frugibus arua  
Multæ beat pinguedine.  
Quas non fundit opes annis tibi ductus in æquor?  
Quæ non genera fert mercium?  
Vina ferunt Galli, fert vellera grata Britannus,  
Scotusq; lanam subuehit.  
Merces quisq; suas, Italus, Germanus, Iberus,  
Orbusq; totus congerit.  
Nam duo mercatus tibi per stat a tempora seruas  
Vel Delijs haud impares.  
Ordinis telas, populos quas mittis ad omnes,  
Græcos, Latinos, Barbaros.  
Et quos Hypra tuis non vestis sedula pannis?  
Quos tam facis multiplices?  
Ipsa tuis dicis ius sacrum, iusq; prophanum  
Viroq; iuxta nobilis.  
Te sacer elegit cunctis ex vrbibus vnâ  
Præsul tribunal inchoctum.  
Iura petunt Flandri Morinis quicumq; tributi  
Tibi gaudent subijci.  
Dicere quis valeat quantos tua nobilis aula  
Armet greges clientium?  
Tutria sceptrâ tenes Rex vrbis, Rexq; sacrorum  
Te Rex honestat aulicus:  
Atq; triplex decorat lex te, triplexq; senatus,  
Augetq; triplex curia.  
Iam sacra si pergam Christi delubra referre,  
Vix plestra parua luserint.  
Inchoctus antistes Martini templa gubernat.  
Vita sacer monastica.  
Cetera Ioannes, Iacobus, Virgoq; mater,  
Et Nicolaus obtinent.  
Nec tua transilio sanctissima limina Petre  
Nullis tacenda vatibus.  
Omnibus his mittit præfectos atq; ministros  
Martini curia.  
Officioq; suo pandens sacra dogmata Christi  
Ordo quaternus fungitur:  
Erudit exemplo, vita, sermone fidei,  
Indocet vulgi pectora.  
Christophilosq; gregi docto diffundit ab ore  
Flumen sacrae nectaris:  
Corrigit errores, & noxas arguit omnes  
Viasq; monstrat cælicas.  
Quæ vos laude feram proceres, & sancte senatus  
Vrbisq; summi præsides?  
Quorum nulla silet regio præconia laudum  
Orbisq; nullus angulus?  
Vestra inter pietas, alas miseratione pandit  
Cues egentes confouet.  
Pubica pauperibus succurrit cura misellis  
Dextramq; largam porrigit.  
Nullus in hac tota mendicus cernitur vrbis,  
Onunc beati pauperes.*

I N D E X.

*Nesciam templa crepant, miserorum vocibus vlla.  
O institutum nobile.  
Non lamenta fores complent, non lurida membra  
Nulla querela compita:  
Tollitur improbitas nebulonum, tollitur omnis  
Ars vasa pseudopaupeum.  
Torpida segnities, multorum causa malorum,  
Procul migrare cogitur:  
Stirps inopum nil grex nisi perditus ante probatos  
Mores & artes imbibit.  
Vtile decretum pia lex & sanctio frugi,  
Et mos saluber ciuibus  
Hæc vos perdocuit non tam Plato siue Lycurgus,  
Quam Christiana charitas.  
Cedat Athenarum laus, credat & inclytæ Roma,  
Vixitrix vetusta gentium.  
Famaq; Massiliam taceat, Lacedæmona linguat,  
Hypramq; solam prædicet.  
Hæc nos Hypra tibi, pietas tua ludere cogit,  
Quam nemo sat laudauerit.*

L

25. LEIDA, oppidorum Hollandiæ pulcherri-  
mum, ædificia habet & concinna & frequentia. Vi-  
corum hic est perpetua quædam mundities, vt alijs  
quibusdam terris plus luti ac cœni inuenias in do-  
mibus, quàm heic in plateis. Astruunt ij, qui Geo-  
graphiam scrutantur, Lugdunum esse Batauorum,  
de quo celebris mentio fit apud Ptolemæum, quod  
& Antonini itinerarium, Lugdunum appellare vi-  
detur, caput Germaniarum, abs quo Albianis, &  
Traiecto iter facit Argentoratum. Præcipua huius  
urbis Ecclesia D. Petro tutelari numini sacra, Anno  
salutis M.C.XXI. prima foundatione constructa, tur-  
ri venustè ornatur, quæ trecentis ferè deinde annis,  
dehiscentibus fundamentis, tota decidit, feliciore  
casu, quàm vel turris illa Siloë Hierosolymis, vel  
Alexandrinorū Theatrum, cuius ruina D. LXXII.  
oppressit. Nam sine ædium, aut magno indigena-  
rum detrimento, corruit. Anno salutis M. CCC.  
LXVI. S. Pancratij Collegium, Leidæ, pientissimo-  
rum hominum zelo institutum est. Cuius annuos  
reditus, quemadmodum & omnes vicinarum Ec-  
clesiarum prouentus, nunc à fundatorum mente  
alienum in vsum cõuerti, vehementer dolendum.  
7. LOXA, Regni Granatensis, æris, soliq; præ-  
stantia, elegans oppidum.  
18. LYMBVRGVM, oppidum, eiusdem no-  
minis ducatus Metropolitana dignitate clarum, cu-  
ius situs, præcelso monte conspicuus, habitatores in-  
tuto collocans, ab hostium metu liberat.

M

50. MANTVA, Lombardiæ vrbs est  
clarissima, ab Ocnio filio Tiberis, & Mantus  
Tiresiæ Thebani vatis filia, ad Padum condita, &  
à nomine Matris eius, Mantua appellata. Vn-  
de Virgilius lib. 10. Ille etiam patrijs agmen  
ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantus, & Tusci filius  
amnis. Qui muros matrisque dedit tibi Mantua  
nomen. Poëtarum clarissimo, illustrissimoq; Prin-

cipe Virgilio Marone gloriatur Mantua, cuius felix  
ingenium tam omnes efferre decet, quàm imitari  
pauci possunt. Quemadmodum porro ad Adriam  
æquè atq; ad Pontum Euxinum studiosissimè olim  
enutriebantur equi: quamuis Strabo suo tempore  
hoc studium, prorsus defecisse fateatur, Addit Dio-  
nyfium hinc sibi genus, ad equestre certamen peti-  
uisse, & tota Græcia, æquinæ sobolis claritatè apud  
Venetos præcipuam fuisse: Ita nostra ætate apud  
Mantuanos, generosa equorum proles, magna cura  
educatur, qui cum loca colant lacubus & paludibus  
plena, non multum à Venetorum natura, & prisca  
consuetudine recedunt.

12. MASSILIA, vrbs, in Narbonensi Prouincia,  
Macedonibus Aftyage, Hebræis verò Sedechia im-  
perante condita, circa secundâ & quadragesimam  
Olympiadem, annis ante, quàm virgo pareret, D.  
CXIII. post obitum Dauid Regis annis CCCC.  
LXXXIV. diruta deinde, à Phocensibus instaurata  
est, qui Cyri tyrannidem fugientes, destituta Græcia,  
in hunc sinum nauigarunt. Olim Massiliæ studia in-  
genuarum doctrinarum adeo floruerunt, vt Ro-  
mani, pro attica peregrinatione Massilioticum pe-  
terent gymnasiū, ad disciplinas capeffendas. Plaut.  
in Casin. Massilienses mores, tanquam optimos, &  
probatissimos dixit. vbi inquit, Tu es, qui colere  
mores Massilienses postulas. Massiliensium mores,  
instituta, summis laudibus extollit Cicero, cum ali-  
bi sæpè, tū præcipuè in oratione, pro L. Flacco, cuius  
hæc sunt verba: Neque verò te Massilia prætereo,  
quæ L. Flaccum militem quæstorem cognouisti,  
cuius ego ciuitatis disciplinam, atq; grauitatem nō  
solū Græciæ, sed haud scio, an cunctis gentibus an-  
teponendam iure dicam, quæ tam procul à Græco-  
rum omnium regionibus, disciplinis, linguisq; diui-  
sa, quum in vltimis terris cincta, Gallorum genti-  
bus, Barbariæ fluctibus alluatur, sic optimatum cō-  
silio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare fa-  
cilius possint, quàm æmulari. Inclytam autè fuisse  
clariss. gymnasio, in Agricolaæ vita Tacitus quoq;  
testatur, cū focerū scribit Agricola statim paruulū  
sedem ac magistrā studiorum, Massiliam habuisse,  
locum Græca comitate, & prouinciali parcimonia  
mistum, ac benè compositum. Lege Strabonem  
lib. 4. De eius veterib; multa Valerius, lib. 2. De ori-  
gine verò, & primis initijs, non pauca Iustinus lib.  
43. Hæc vini optimi ferax fuit, vnde Martialis. Tu  
me Massiliæ, ponere vina putes.

15. METIS, ciuitas olim Galliæ, nunc Germaniæ,  
Metis/ vt Celtæ tertio Odarum libro scribit. Anto-  
ninus Metenses vocat. Marcellinus lib. 16. Medio-  
matrices vocat, Rudolfus Agricola in epistolis &  
Lotharingiæ clarum oppidum ait, natura munitū,  
similiter & Peutinger, Strabo libro 8. Plinius lib. 4.  
cap. 17. Cæsar eam Mediomatricam nominat, &  
Galliæ urbem. Ptolomæus lib. 2. Diuiduro nomen  
ei tribuit, Marlianus inter Belgas & Treuerenses vr-  
bes esse voluit, dicta autem est à Metio, qui eam fun-  
dauit, à Iulio Cæsare deuicta est, Huius versiculi in-  
cisionem aiunt apud ipsos fuisse.

*Tempore quo Gallis Cæsarq; sua inculit arma,  
Tunc Mediomatricam deuicit Metius urbem.*

Alij, à tribus ciuitatibus ei nomē Mediomatriciæ tri-  
buunt, quia media sit, inter Treuerim & Tullium, vt  
annales nostri dicunt, hic olim Fræci habuerūt man-  
siones, vt Cremonens̄ ait, Hieronymus, in sup. Euse-  
bij si.

## I N D E X.

bij filium Clodouei regno partito huc confedisse scribit. Henricus hanc urbem obsedit anno C. XI. vt Genblacēsi placet. Primus eorum episcopus Clemens fuit, qui ex Clementis Papæ iussu ibi prædicauit, alij à Frontone Christianos dicunt vt Cremonēsis, alij Theodericum primum episcopum illic afferunt. Clemense ecclesiam S. Petri & Stephani extra portas constituit.

28. MIDDELBURGVM, oppidum mercimonijs in Zelandia florens. est autem Zelandiæ nomen recens, & veteribus incognitum, à terra ac mari conflatum, quasi dicas, terram ac solum maritimum: mari enim vndique cingitur, multisque insulis distincta est, nēpe, quindecim, tametsi paucis abhinc annis, magnam cladem huic regioni oceanus intulit, cuius sæuitia, atque immanitate, magna Zelandiæ pars, diuulsis ac dissipatis funditus aggeribus, salo oppressa est, atque mari æquata. subsistunt tamen insignes aliquot insulæ, quarum tres præcipuæ cum oceani æstu continenter luctantur, atque immensis sumptibus aduersus barbarum hoc atque indomitum elementum egrè se tuentur. Inter has Schaldia est, vbi Ziricea, opulentum, & non inconcinnum oppidum videtur. Suetbeuelandia, in qua duæ sunt vrbe culæ, Goufa, & Romersvvalia. Tertia se offert VVallachria, vel ab eius cultore sic denominata, vel, vt conijcio, à Gallis, qui hanc oram frequentabant, qui belgica voce etiam nunc *Walens* vocantur, impuberes eorum, *Waelkens*, aut ab ea Britannia parte, in qua versus occidentem consistunt VValli, apud Anglos præcipuæ nobilitatis viri, à Gallis etiam oriundi, quod idioma illorum adhuc indicat. Insula hæc ab ortu Brabantia obuersa est, à meridie Flandriæ, ab aquilone, Batauiæ, siue Hollandiæ, ab occasu æquinoctiali, Britannia, in quam breuissimus est traiectus, & à qua parte primus in oceanum ingressus, quocumque terrarum visum sit nauigationis cursum dirigere. præbet enim Arnemuda Metelliburgi municipium, tutissimum omnibus portum, fidamque nauium stationem: nam hic præcipuè classis, quamlibet numerosa instruitur, in quemcunque oceani tractum velificatio perficitur. cum autem hæc insula præter fundi aliquot appendices, ferius illi annexas (*Bolders*, nostri vocant) octo milliariū ambitum conficiat, vt etiam Scaldia, cui intra centū annos iugerum tria millia auulsa sunt, cultissimis, aliquot pagis ac villis distincta sit, tum vnum habet emporium, negotiatorum frequentatione celebre cum primis ac illustre, Metelliburgum, à Metello, præcipuæ nobilitatis ac consularis dignitatis apud Romanos viro, id nomen, vt plerique opinantur, consequutum, cum ego à Burgo, id est, munito, atque imminentem castro, aut arce, rupeque inaccessiblei, quale apud Romanos, saxū Tarpeium denominatum putem, quod in insulæ huius meditullio, ac velut centro consistat, quæ loca occupare solent, ac præsidio munire duces, præfectique regionum, quò ex editiore loco, tanquam è sublimi specula, ac velut in excubijs collocati, omnia spectarent, atque incursionibus hostium obsisterent. Hinc enim apud Belgas emerit Burgimagistri, & Burggrauij dignitas, quod penes hos sit summa potestas, & loci illius præfectura. Nec tamen diffiteor, quin ad huius conditorem referri possit, à quo tali loco hoc propugnaculum, contra hostiles impetus, sit erectum.

44. MISENA, ciuitas Misnensium, à qua nomē

regio habet, Ptolemæus Lupfurdum dixit. Peutinger, si benè memini, ex Orobiolorum stirpe, ipsos deducit. Eam urbem Albis diuidit.

52. MODONA, ciuitas est ad maris littus Peloponnesi, in Messanica regione, quam quū obsideret Philippus Rex Macedonum, Alexandri Magni pater, oculum amisit, ictu sagittæ, quam iecerat Aster oppidanus, cui quoque inscriptum erat, Aster telum Philippo immisit in oculum. Via est peregrinantium Hierosolymam à Venetijs.

47. MOSCOVIA, terra quadringentorum milliariū patens, argento diues, tam valido vndique præsidio conclusa, vt nedum aduenæ, verū indigenæ etiam, absque literis Ducis exire, atque intrare non possint. Plana omnis regio est, nō montosa, nemorosa tamen, & vt plurimum paludosa, plurimis maximis fluminibus Occa, Volha, Druuina, Borystheneque, & Deneper irrigua, piscibus ob id varijs, & feris abundat, quemadmodum Lithuania, à qua nō multum discrepat, nisi quod frigidior est, quia septentrionalior. Vnde pecora parua habet, & communiter mutila. Moscua metropolis regionis duplo maior, quàm Praga Boemia: lignea, vt aliæ ciuitates, edificia habet, multas plateas, sed dispersas, latissimi campi interiacent. Mosca amnis ipsam intersecat. Arx in medio vrbs in plano sita, septemdecim turribus, & tribus propugnaculis adeò pulchris & validis, vt similia vix reperiantur. Sedecim in ea arce ecclesiæ, quarum tres, sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, & sancti Nicolai muratæ, cæteræ omnes lignæ. Tres quoque in ea amplissima curiæ, in quibus nobiles aulici morantur, palatium, in quo dux est, Italico more constructum, pulcherrimum, sed non amplū, multos nobilissimos ducatus habet, ex quibus, ingruente bello, plus, quàm ducenta millia hominum, duobus, aut tribus diebus contrahuntur. Aqua genti potus, & medo, liquorque fermentatus, quem quassetz vocant. Arant ligneo aratro, frōdibus arborum, aut ipinis arpicant, segetes propter longum frigus, rarò maturescunt, ideoque in stibus desiccant, triturantque, aromatibus, & sublimatis calfactorijs contra frigus, varijs vtuntur. De auena & melle, aquam ardentem, siue sublimatum faciunt, & lacte etiam, adeò forte etiam, vt sæpius ab eo inebriantur. Vino, & oleo carent. Ne inebriantur, inebriantem potum omnem terræ princeps, capitæ pœna prohibuit, bis aut ter tamen in anno conceditur. Monetam habent argenteam, maiorem & minorem, nō rotundam, sed quadrangularem, oblongam.

## N.

20. NAMVR C V M, iuxta Mosam, ad ostium Sabis fluminis, elegantissimum sane oppidum, & marmore subcinericeo nobile, id quidam Namurram, vulgariter vocant, Namur, id est, nouus murus.

29. NOVIOMAGVS, ex quatuor Gelriæ ciuitatibus, Ruremunda, nimirum, Arnhemio, & Suitfania, nominis vetustate, populi frequentia, & opum magnitudine primas tenet. Alij Nouiomagium, alij Nouiomagum, alij Nouimagum, alij Neomagus in sceminino genere dicunt. Est, qui & Neomegiam vocet, ne dicam Nimmegam. Partim in cliuo, partim in plano situm, patria, & nata-

††† lefo.



I N D E X.

le solum, eruditissimi, facundissimi que viri, & studioforum omnium Mecœnatis Francisci Craneveldij, qui Cæsari Carolo à consilijs Mechlineæ fuit.

33. **NOVESIVM**, alijs Nouesum, alijs Nussia, Germanicè *Neuß*/oppidum Colonienfis diœcesis, Rhe noque fluuiio, & Cluensi ducatu proximum, citioris Rheni ripas attingens, à Tacito, & Antonino memoratum. Illic filiam Burgundiæ regis matrimonio sibi Maximilianus Imperator iunxit. Fœdo conflagrauit, nostra ætate, incendio, qua Coloniam itur. Ibi S. Quirini numen in veneratione est. Patria est ac natale solum præstantissimi ac celeberrimi viri D. Christophori Fabri, Archiantistitis Moguntini Cæcellarij, singularis & vnici studioforum patroni.

O.

42. **OENIPONS**, quibusdam Enipontus, Teutonicè *Inspruck*/nitidissimum, & omnium elegantissimum comitatus Tyrolensis oppidum, Illustrissimi Ferdinandi Archiducis Austriæ, inclyta sedes.

2. **OXONIVM**, Ad Thamesin flumen in Anglia florenti insula, litterarum studijs, famosum oppidum.

P.

52. **PARENS**, venustum Histriæ opp. ad Adriatici maris littus, à Venetijs centum miliaribus Italicis distans.

5. **PENNON** de Velis, Africæ opp. vulgari Hispanis idiomate, Velles de Gumenera.

51. **PVTEOLI**, ciuitas Campaniæ, ab aquæ calidæ putore dicta, vt inquit Festus: licet alij putent, à multitudine puteorum, earundem aquarum gratia factorum. Hæc etiam vocata est Diœarchia, à iustitia administrationis, & gubernationis: à Samijs condita, vt voluit Eusebius, eo tempore, quo Tarquinij à Bruto sunt expulsi.

R.

11. **ROCHELLA**, Galliæ oppid. medium ferè locum inter Pictonum & Xanctoigne regiones, situ occupat, munitissimis circumuallata muris, & propugnaculis ad securitatem firma, opibus potens: que cum elatioribus plerumque animos gignant, videntur siquidem incolæ se loco admodum propitio ac tuto, maris ferè dominium tenere, vix potuerunt adduci, vt Gubernatorem alium, quàm qui ipsorum voluntati placeret, admitterent. Itaque Franciscus primus eius nominis Gallorum Rex, Anno Christi M. D. XLII. vt quorundam insolentiæ frenum iniiceret, pecuniaria primùm poena multatos, XX. eos viros, cum Maiore ad Reipub. gubernationem recipere cogit, cum ijs, qui ex Gubernatoris designatione, publicis muneribus obeundis, viderentur idonei. Cum antè penes ciues libera Magistratus esset electio.

49. **ROMA**, nobilissima, & bellicosissima Italiæ vrbs, regina vrbiũ, & totius orbis caput, quem penè totum sub suum imperium subegerat. Verũ sua

tandem mole, tantum imperium corruit, cum nimirum hos gentium prædones, & vt ita dicam, tyrannos orbis terrarũ, diuina tandem iustitia multaret. Non illis Italia, totius Europæ florentissima prouincia sufficiebat, non Illyricum, non Dalmatia, non insulæ maris Tyrrheni, quæ quidem omnia iam dudum consensu quodam orbis, cum pace possidere, & his frui, citra contradictionem poterant. Verum insatiabilis, & execranda cupiditas, in immensum eos auaritiæ pelagus, protraxit: Ideo, cum tempus aduenisset vltionis diuinæ, ex abscondito quodam orbis angulo, vbi putabatur vastitas quædam esse terrarum, incolis carens, tantumque feris habitata bestijs, vno momento, tanta hominum inundatio prorupit, quæ totum orbem opplere posse videretur. Tum statim à Gothis ablata Romanis omnis ferè Græcia, insuper Italia, & Hispania, à Bulgaris Dacia atque Misia, à Vandalis tota Africa, à Francis Germania & Gallia, à Saxonibus Britannia, à Sclauis Sarmatia, Dalmatia, Illyricum, nec multò post, à Saracenis, Aegyptus, Arabia, Syria, Chaldæa, à Tartaris, Armenia, Hyrcania, Colchis & quicquid ad mare Caspium & Hyrcanum spatij interiacet, à Turcis vniuersa minor Asia, cum Capadocia, Ponto, Bitinia, & reliquis, ad Persarum vsque terminos, Asiæ prouincijs, à Persis, quicquid in Indiam vsque porrigitur. Consimili de causa, barbaram & immanem Turcarum potentiam, vastumque ac latum imperium, sua tandem mole ruiturum spero.

36. **RVB EA QVV M**, alijs, **RVFACVM**, & Rubiacum, *Rufach*/Alsatia superioris oppidum, in quo ad S. Valentini caput, magnus deuoti populi concursus videtur. Illic Dagobertus, Austrasiæ rex, horas suas descripsit, cuius & hodie vestigium manet, perditio filio, suo venando, & illo iterum restituto per S. Arbogastum, oppidum hoc Argentinensi Episcopatu concessit, cæterum, antiquissima vrbs est. Quam Henricus Cæsar, eius nominis quartus, hac occasione euastauit. Primum, inter aulae cæsareæ ministros, & ciues ipsos, nescio, ob quale iniuriarum genus, nata turba, fit vtrinque magnus concursus, nec deest Cæsar suis. Sed, cum ciues multitudine præualerent, hostes isti fuga sibi consulere coacti sunt. Non pauci, in ea conflictati uncula ceciderunt, interim sarcinas, & regia scrinia, plebs interceptit, in quibus Cæsareus cultus seruabatur. Hanc prædam non ante restituerunt, quàm impunitatem, & iniuriæ veniam sibi impetrasse viderentur. Sed vlturus Cæsar eorum rebellionem, exercitu collecto, nec opinantes obruit, & oppido potitus, cædibus & incendio cuncta deformauit. Adhuc apparent ruinæ, & aræ vacuæ, multis in locis, vt demirer, eam iacturam tanto aui spatio, nondum rescirciri potuisse. Huius oppidi calamitas, nihil vicinæ Colmaria nocuisse videtur.

S.

52. **SIBENICVM**, vulgò, Sibenicho, ad Adriatici maris littus, Venetijs in Dalmatia paret.

33. **SONTINA**, *Sunß*/ad sinistrum Rheni latus, Diœcesis Colonienfis oppidulum.

27

I N D E X.

T.

21. **TRAIECTVM**, ad Mosam, quod superius nominant, ad differentiam ciuitatis, quæ in Hollandia est, sedes quondam Episcoporum Tungrensium, quæ inde Leodium est translata, Latinum à Romanis, nomen habet, quod olim non ponte, sed nauibus hic Mosa traiciebatur. De hoc oppido, à quibusdam annotatum est, eius adolescentes, præcoci quidem esse plerumque ingenio, sed rarò ad litterariam frugem peruenire, atq; hoc ad eò perpetuum esse, vt cum innumeros ex patria Leodiensi, iuuenes, sub se multos annos, quibus scholæ Colonienfi, insigni doctrina, & pietate, Doctor Arnoldus à Tungris præfuit, litteris operam nauantes, qui litterariæ militiæ egregium fructum retulerunt, & in doctos viros euaserunt, sola Traiectensis ciuitas, semper sterilis remanserit. Pleniorē huius vrbs descriptionē Guiziardinus suppeditat in sua Belgia.

57. **TUNES**, maxima Africa vrbs, Scipionis tempore tumultus editior fuit, vnde Carchedonios ad Romanam classē exurendam proficiscentes, Scipio spectauit. Regis Lybici ciuitas metropolis, in qua velut ampliore loco habitare, & Tunesus rex, appellari consuevit. De cuius aula, varijsq; in ea ritibus, & cæremonijs, multa Ioannes Leo, de rebus Africa, libro V. Carthagine, à Scipione deleta (ea victoria plùsne mali, quam boni populo Romano attulerit, quintus Metellus probabiliter disputat, apud Valerium Maximum lib. 7. ca. 21.) vires, incrementaq; sumsit. Tunetensem hanc vrbs Eutropius lib. 4. continuis sedecim diebus arsisse perhibet. Mauris erepta, & in Christianorum potestatem redacta est à Carolo V. Romanorum Cæsare, Anno partæ Salutis, M. D. XXXV. iam nostro æuo, à Turcis expugnata, Anno M. D. LXXIV. muris idrutis, ciuitatis formam amisit.

V.

5. **VEGEL**, Hispaniæ Beticæ præstans oppidum.

5. **VELIS MALLAGA**, venustum Hispaniæ oppidum.

16. **VESONTIO**, antiquissima, & celeberrima Sequanorum in Celtica Gallia vrbs imperialis, metropolitico honore conspicua, Gallis Befanfon, Germanis verò *Bizanz*.

2. **VINDESORIVM**, amœnissimum Angliæ castrum, virentium arborum peramœna corona, aruis, pascuis, ac pratis, perenni viriditate vestitis, circumseptum, vt eius insulæ Principi, amœnissimos recessus, ita equestri Garretteriorum militum societati, testata vitæq; necessaria, ex amplissimis Regum foundationibus, præbet.

36. **VVISSENBVRGVM**, vrbs imperialem non procul à Rheno, ad Vegasi montis radices, Sebusianorum nomen tueri, multi adfirmant. Nam Alemanni, more suo, Sebusium, primore fylaba spoliantes, & V. pro B. vsurpantes, iam habebant Vusium. Cui Burgum adiecerunt, & factum est Vuifunburgum, quod hodie, etymi istius ignari, VVifenburgum, omnes appellitant, putaturque castrum albu m significari. Itaque VVifenburgum est Sebusium, ipsi ciues & accolæ, erunt Sebusij, & Sebusiani, quemadmodum Marcellinus vsurpat.


X.

6. **XERES**, de la frontera, Andalusie Prouinciæ in Hispania vrbs celeberrimi nominis.

F I N I S.

**COLONIAE PROSTANT**  
**APVD AVCTORES, ET ANVERPIAE,**  
**APVD PHILIPPVM GALLAEVM.**

CONCORDIA




GOLDEN AGE

LIBRARY

LIBRARY

1850







CAJA  
C-6